LILIUM FRANCICUM, VERITATE HISTORICA, BOTANICA, ET...

Johann Jacob Chifflet

Digitized by Google

8
3-A
42

7
4-M
32

8.-3.A.42

LILIVM FRANCICVM,

VERITATE HISTORICA, BOTANICA, ET HERALDICA ILLVSTRATVM.

AVCTORE

IOANNE IACOBO CHIFLETIO, Equite; Regio Archiatrorum Comite, & Sereniſſimi Principis D. IOANNIS AVSTRIACI Medico cubiculi primario.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LVIII.

SERENISSIMO PRINCIPI,

D. IOANNI AVSTRIACO, PHILIPPI IV.

REGVM MAXIMI FILIO,

BELGARVM ET BVRGVNDIONVM GVBERNATORI,

VICTORIIS TERRA MARIQVE INCLYTO,

VBIQVE FORTI,

PERPETVO CONSTANTI;

CVI EX DIVTVRNO SAPIENTIÆ STVDIO, FAMILIARIS EST

PYTHAGORICA ΑΘΑΥΜΑΣΤΙΑ,

NIHIL ADMIRARI,

NON EXTOLLI SECVNDIS,

ADVERSIS NON RETARDARI;

LILIVM FRANCICVM

AB INANI VENTOSAQVE FABVLOSITATE VINDICATVM

IOANNES IACOBVS CHIFLETIVS

SERENITATIS EIVS OBSEQVIIS DEVOTISSIMVS

DD. CQ.

ANNO SALVTIS M.DC.LVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS IV. Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac potentiſſimus Belgarum & Burgundionum Princeps, Diplomate ſuo ſanxit, ne quis *Lilium Francicum veritate Hiſtoricâ, Botanicâ, & Heraldicâ illuſtratum, Auctore Ioanne Iacobo Chifletio, &c.* præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſum in has Germaniæ Inferioris ditiones importet, venaléve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum, & aliâ graui pœnâ multabitur; vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XII. Ianuarij. M. DC. LVIII.

Signat.

Loyens.

APPROBATIO CENSORIS.

LILIA *Francica decuſſit, vt aſſereret Triſtanus; illiq; adeò magnas habendas eſſe gratias cenſeo, qui dum veritati obtegendæ cælum terræ miſcet, nudam effecit, vt poſteris exhiberet nobiliſſimus Chifletius, ederetq; præſtantiſſimum Opus, omniq; doctrinâ refertiſſimum, cui titulus:* Lilium Francicum, veritate Hiſtoricâ, Botanicâ, & Heraldicâ illuſtratum. *Quod, ſi vmquam aliâs, præſtitit luculenter, atque, vt ſolet, exhauſit amœniſſimum iſtud argumentum, ſummâ fide, ſummâ laude incomparabilis eruditionis. Ita cenſui Bruxellæ X. Kal. Auguſti.* CIƆ. DC. LVIII.

Antonius Sanderus Presbyter, S. Th. Licentiatus, Canonicus Iprenſis & Librorum Cenſor.

LILIVM FRANCICVM, VERITATE HISTORICA, BOTANICA, ET HERALDICA ILLVSTRATVM,

Auctore IOANNE IACOBO CHIFLETIO.

PROLOGIVM.

De causâ huius Scriptionis contra Ioannem Triſtanum Sanctamantium.

CVM ante annos quinquagenos adoleſcens ſtudio medico Pariſijs operam darem, frequentabam hortum viri honoratiſſimi IOANNIS ROBINI, qui Regius tunc Botanicus erat: illic videbam flores omnis generis, inquilinos, exoticos, quorum amœnâ contemplatione lubens perfruebar. Diebus aliis excurrebam in Regum Luparam, & in Forenſe Palatium: obſeruabam vndequaque in ſcutis teſſerariis, in Regalibus ſoliis, tabulatis, aulæis, vitreiſque, depictos paſſim AVREOS FLORES, quos LILIA vocant, Regum regniq́ue decora cælitus demiſſa. Occurrebant eadem ſpectacula in priuatorum domibus, in gurguſtiis, tuguriiſque; vt è nubibus pluiſſe viderentur ILLI FLORES, totamque gentem obumbraſſe.

Subiit mentem cupido inquirendi, cuius generis eſſent LILIA ILLA, quæ illorum cunabula, quibúſve proceſſibus

euecta eſſent in tantam celebritatem. Ad Robinianos varij coloris ac formæ FLORES LILIACEOS rurſum me conferebam: colligebam ipſe mihi ſeruiolas, quarum ſpecies altiùs impreſſa animo, poſt tot annorum decades, huius fuerunt elementa opuſculi, quod à me grauioribus diſtento curis, velut vi extorſit IOANNES TRISTANVS, cùm ad certamen incautus me prouocauit, atque huic choreæ præſultor fuit.

Dixeram obiter in Araſtaſi CHILDERICI REGIS, *Teſſeram Spei in Romanorum numiſmatis non eſſe Florem Lilij:* Subitò excanduit homo myrachialis: *Iſtud eſt argumentum,* inquit, *in quo Chifletius mihi apertè contradicit, ſuppreſſo licet meo nomine.* At ne per ſomnium quidem Triſtanus mihi in mentem venerat. Prout cerebrum ſe habet, ſic & imaginatio: illo læſo, & vitiatis ſpiritibus, deprauatur phantaſia; quæ dum tenebricoſa menti ſimulacra offert, abſurda & aliena cogitant, loquuntur, & ſcribunt, qui ſapientiæ morbo laborant.

In præfat. & pag. 6.

Dixeram prætereà, AVREAS APES, *& verè regias, in ſepulchro Childerici Regis Tornaci repertas, ſymbola fuiſſe regiæ maieſtatis antiquiſſima: illis videri, longo pòſt interuallo,* LILIA *ſubſtituta, quæ & aurea eſſent, & ab Apum formâ non abluderent*; vt oſtendi antiquis numiſmatis Epheſiorum atque Delphorum. At ille in ſuo exanthemate, potiùs quàm *Lilij Flore,* inuectus eſt velut fanaticus in animalcula Regia, Apes Childericianas vocans, *muſcas infelices, ridiculas, & putrefacti bouis moleſtam progeniem.* Quinimò adducto hoc Theophraſti verſiculo, ex Apollonij Rhodij Scholiaſte,

Pag. 51. 62. 70.

Οἱ δ' ὅτε λείρια καλὰ περιβρεμέθοι μέλισσαι·

Et verò LILIA *pulchra circumfremunt* APES:

Subiunxit ipſe, verus crabro & fucus, *illius æui Apes Belgicis Apibus fuiſſe Liliorum amantiores ac reuerentiores:* ac ſi Belgicæ naturâ diſcreparent à Græcis & Francicis.

Pag. 12.

Dixeram tertiò, *Scutaria Regum* LILIA *non viſa in Franciâ*

ciâ ante Ludouicum Groſſum Regem; geſtataq́ dumtaxat à Regibus ſæculi duodecimi, hoc eſt, annis ab hinc circiter quingentis. Repoſuit Triſtanus, *Lilij Regij antiquitatem apud Francos vndena ſæcula ſuperare*; FLOREM *planè* DIVINVM *eſſe, cuius* ORIGO *ſancta eſt, ac* CÆLESTIS. Denique teneri me, *vexillum Francicum erigere, Lilia Francica venerari, ipſiſq́ genufle-ctere.* Imagines Imperatorum, id eſt, *diuina & præſentia ſigna*, venerabantur Ethnici; in quorum ſcilicet ditione nati, vel aliâ ratione ipſis ſubiecti erant. Ego Lilio Francico præter vrbanitatem debeo nihil, ſat alioqui ſciens humanitatis, retinenſquę; etſi de me Triſtanus ſæpè contemptim loquatur. Meminiſſe debuerat inconſtans homo eorum, quæ de me ſcripſerat, cùm ageret de nummo Titi Quarcini: *Commodatum miſeram hoc numiſma*, inquit, *cum aliquot alijs, Domino* CHIFLETIO *Veſontionenſi, viro docto, hiſtoriæ & antiquitatis amatori.* Tum etiam in antidoto contra Sirmondum, de parente meo, quem appellat IOANNEM CHIFLETIVM, *Medicum Veſontinum, teſtem omni exceptione maiorem.* Ac rurſum alio loco: *doctiſſimum Veſontionenſem Medicum* CHIFLETIVM. At ego nunc, poſtquam deſipuit Triſtanus, in eorum numero eſſe malo, qui ab ipſo vituperantur. Ab ipſo inquam, qui cùm in V. C. Caſperium Geuartium, Archigrammateum Antuerpianum, hoſtili ſtilo inuectus fuiſſet, ſcripſit Dionyſius Petauius, *plus illum ſibi, quàm Geuartio, publicam ad famam commendationemq́, detrimenti attuliſſe.*

In Præfat. & pag. 19. 30. 51.

Veget. l. 2. cap. 6.

Tomo 2. pag. 462.

Pag. 45. & 60.

Lib. 5. epiſt 58.

Illas porrò Triſtani nugas & ineptias vt contemnerem, fucumque moleſtè circumſtrepentem leui depellerem manu, amici ſuadebant. Annuebam primâ fronte: verùm quia Triſtanus aſſeruit, *Francicum* LILII FLOREM *planè* DIVINVM, *eiuſq́* ORIGINEM *ſanctam ac* CÆLESTEM *eſſe*; ne exteri, quorum intereſt, in fraudem inducerentur, vanaque & falſa amplecterentur, reſpondere volui, & reprimere ho-

Pag. 19. & 51.

minis proteruiam, ſeu inſcitiam, ac veritatem quærere potiùs, quàm victoriam. Illa enim fabula eſt, de CÆLESTIBVS DONIS, pridem à Francis plurimis, & à Tenneurio nuper iactata, ad obtinendam (quam dudum ambiunt) ſupra Reges alios prærogatiuam. Adduco paucos è multis.

Pag.274.

Lib.de Lege Salicâ.

Claudius Seyſſelius, Ludouico XII. Regi ab intimis conſiliis: REGES FRANCIÆ *tria habent* DONA *ſingularia* CÆLITVS MISSA; *nempe* FLORES LILII, *Sanctam Ampullam, & Auriflammam.* Vnde poſteà concludit, *Regem Franciæ non eſſe purum Laicum, ſed multorum participem in Diuinis.* Sebaſtianus Campegius in Opere de Monarchiâ: *Dicere poſſumus, Regem Gallorum, propter* DONA *anteceſſoribus ſuis* A DEO DATA, *omnibus* IMPERATORIBVS *&* REGIBVS *præferendum.* Bartholomæus Chaſſanæus in Catalogo: *Honos conſiſtit in delatione Inſignium & Armorum. Nam qui maioribus Inſignibus vtuntur, maioribus honoribus præfulgent, &* IN DIGNIORI LOCO *collocari debent.* Aliâ deinde paginâ: ARMA *Regis Franciæ fuerunt* CLODOVEO, *primo Regi Francorum Chriſtiano*, CÆLITVS DEMISSA, *in baptiſmo illius & coronatione.* Tum fuſiuſculè: *Rex Francorum Chriſtianiſſimus pro gloriâ Chriſti* SCVTVM *gerit* NOBILISSIMVM, *in quo* AVREA LILIA, *colore ſapphiri, quaſi aſtra in ſereno cælo affixa, fulgere videntur: vt etiam ex cæli altitudine intelligatur, quanta ſit* SVÆ DIGNITATIS SVBLIMITAS: *tanta eſt enim altitudo cæli, quòd à mortali homine non poſſit menſurari.* De iiſdem cæleſtibus Francorum donis Tenneurius: *Aduerſus hæc præſtantiſſima Regibus noſtris* CONCESSA DIVINITVS DONA *inſurgunt Hiſpani, nec mediocriter obmurmurant. Ad* CHIFLETIVM *quod attinet, ea huc vſque attingere non auſus eſt.* Inſultanti temerè viro reſpondi anno eodem, & oſtendi cæleſtem Remenſis Ampullæ miſſionem planè confictam eſſe.

Lib.3.c.6. — Parte 1. conſid.38. — Concluſ. 44. & 48. — Parte 5. conſid.31. — Anno 1651. p.274.

Pag.50. & 51.

Iam verò Triſtanus eodem faſtu affirmat, LILII *Francici*

cici FLOREM *planè* DIVINVM, *eiuſq́;* ORIGINEM *ſanctam ac* CÆLESTEM *eſſe:* prætereà, *eius antiquitatem vndena ſæcula ſuperare, quippe geſtamen fuiſſe Clodouei Regis*; quem tamen huius rei ignariſſimum fuiſſe poſthac oſtendemus.

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas: Propert. lib. 3.
Maius ab exequijs nomen in ora venit.

Vt verò conſtaret magis magiſque, Triſtanæo cerebro infixam altè falſam illam ex donis cæleſtibus Francorum prærogatiuam; edidit ipſe in ſuo Tractatu de Lilio, ſeu potiùs delirio, ſceptrum quoddam aureum CAROLI MAGNI, in quo ſculptum legitur: *Sanctus. Karolus. magnus. Italia. Roma. Gallia. Germania.* Ipſe verò in ſuâ explicatione, Româ prætermiſsâ, prouinciarum ordinem immutauit hoc modo: *Gallia. Italia. Germania.* vt ſic vrbis vrbium ROMÆ nomen obliteraret, Italiæque Galliam falsò præferret. Sed expediebat illâ falſitate Triſtani genium omnibus innoteſcere; ad quem ſic aliquando Iacobus Sirmondus, de Hiſtoricis eius commentariis ad antiqua numiſmata loquens: *Caue putes in opere tam longo ſomnum tibi nullum obrepſiſſe, atque in lucro tuo potiùs deputa, quòd in* ERRORES TVOS *ſeuerus cenſor nullus inquirit.* Neceſſe ergo fuit, vt illi reſponderem, LILIVMque FRANCICVM à fabulis purgarem, vel ipſo monente Senecâ Philoſopho: *Patet omnibus* VERITAS; *nondum èſt occupata: multùm ex illâ etiam futuris relictum eſt.* Necnon & Silueſtro Petraſanctâ, qui ſic in prologo Teſſerarum gentilitiarum: *Erunt fortaſſe, qui penetrabunt in adyta eius artis ſacratiora; & dabunt* ORIGINEM *peculiarium etiam* ICONVM GENTILITIARVM*: exponent videlicet, vndenam acceperint* AVSTRIACI *argenteam inſtitam*; BORBONII, AVRATA LILIA. Nos, Deo iuuante, hoc præſtituri ſumus, amarioribus quandoque pharmacis Triſtano exhibitis, ſed ſalutaribus: vt à nobis aliàs impuro ac turgido bile ſtomacho aloë, guſtu iniucunda, vtiliter præſcribi ſolet.

Pag. 40. & 41. Vide infrà cap. 14.

In Anti-Triſtano, pag. 37.

Epiſt. 33.

CAPVT I.

Symbolum naſcentis Spei, apud Romanos, erat virens herba tritici, iuxta doctrinam Antonij Auguſtini, Tarraconenſis Archiepiſcopi.

NON hîc agimus de Spe Theologicâ Chriſtianorum, ſed de Ethnicâ, quæ in antiquis numiſmatis expreſſa cernitur, quæque eſt huius noſtri inſtituti. Hanc Antonius Auguſtinus Archiepi-
Tomo 1. pag.559. & 632. ſcopus Tarraconenſis (quem Triſtanus vocat *doctiſſimum ſui ſæculi Hiſpanum, in hiſtoriâ & antiquitate apprimè verſa-*
Dial.2. *tum*) ſic deſcribit: *In omnibus numiſmatis iuuenculæ ſpecie viſitur, hilari vultu, veſte demiſſâ, pellucidâ, & diſcinctâ; quæ digitis dextræ* HERBAM *tenet* TRIVM *dumtaxat* FOLIORVM: *ſiniſtrâ verò veſtis laciniam tollit, ac pedum ſummis articulis ambulat.* Illum Spei typum illuſtro minutatim. Paulinus
Epiſt. 38. Nolanus de Ethnicis: *Caſſa nomina, tamquam ideò numina quoque ſint, in ſpeciem corporatam ſtultis cogitationibus fingunt, ſtultiúſq; quàm finxerint, donant honore diuino: vnde & Spes, & Nemeſis, & Amor, atque etiam Furor, in* SIMVLACRIS *coluntur.* Spes apud Romanos culta erat vt dea: *Quoniam,*
Lib.2.de Leg. inquit Cicero, *expectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè à Collatino* SPES *conſecrata eſt.* Ædes eius erat in foro olitorio, quam Liuius fulmine ictam fuiſſe tradit: Dio incenſam ante bellum Actiacum. Victor nouum SPEI templum ſtatuit in ſeptimâ vrbis regione, hoc eſt in viâ latâ.
Lib.2.Annal. Tacitus: *Spei Ædes à Germanico ſacratur.*

Spes expreſſa in numiſmatis iuuencula eſt, quam Lucia-
De mercede conductis. nus depinxit εὐπρόσωπον, *formoſam vultu.* Hilaris eſt, ac ridens, quia omne quod ſperat bonum eſt. Vnde Artemidorus illam vocat, ἐλπίδα γελῶσα, ſpem lætam ac ridentem.

Iuuen-

Digitized by Google

Iuuentus, ait Ariſtoteles, SPE *plena eſt*; *Senectus parum* SPERARE *poteſt.*

Spes peregrinantis habitu in nummis exprimitur, cum palliolo ad incundam viam: properat namque, nec ſtabilitatem habet, aut quietem, donec deſiderij optato fine potiatur. In aliis virtutum affectuumque imaginibus ſtatus eſt ac quies: at Spes inſtitæ laciniam nonnihil attollit, vt gradum formet, ac promoueat: ſi enim ad imos pedes demittebatur ſtola, retardari veſtigium poterat, aut certè minùs in oculos venire. Ad rem: vt ſperemus, impedimenta quoque remouenda ſunt, quæ inijci rebus ſolent: eundum eſt, quò ſpes ducit. Vnde Latini dicunt *ad ſpem ſe accingere.* Item, *Spem longam inchoare.* Breuiter; ſpes ambulat; in futurum tendit, imò verò *deſiderium futuri boni* definitur. Neſcit ergo quieſcere ſpei numen; in motu eſt; aut ſi quieſcit, ſpes non erit. Graditur, & impedimentum ſtolæ, quantum honeſtas patitur, ſiniſtrâ ſuſpendit: graditur quò honeſta cupiditas trahit, animum euntis ſuaui deſiderio oblectans. Problem. ſect. 30. qu. 1.

Spes præterea dextrâ tenet ac prætendit exiguum aliquid, quod crucem ingeniis fixiſſe videri poſſit hactenus. Iucundum fuit artificibus, quod agnoſcebant fingere; laborioſum poſteris noſſe, quid illâ antiquitate ſignificaretur. Herbaceum tamen quidpiam eſſe, ad oculum ſatis patet; taleque eſſe conijci poteſt ex eo, quòd Spei numen Romæ coleretur in foro olitorio, vbi venales herbæ proſtabant. In herbarum delineatione fallacia olim non defuit: *Pinxere* EFFIGIES HERBARVM, ait Plinius, *atque ita ſubſcripſere effectus. Verùm &* PICTVRA FALLAX *eſt*; *& in coloribus tam numeroſis, præſertim in æmulationem naturæ, multùm degenerat tranſcribentium ſors varia. Præterea parum eſt ſingulas earum ætates pingi, cùm quadripertitis varietatibus anni faciem mutent.* Vt igitur hominum, ſic herbarum quatuor ſunt ætates: naſcuntur, adoleſcunt, conſiſtunt, decli- Lib. 25. cap. 2.

nant

nant ad interitum vſque. Sunt qui in Spei manu exorientem herbulam agnoſcant: ſunt qui adultæ florem malint, ex quo fructus ſperari poſſit. Antonius Auguſtinus iam laudatus (*qui Romæ in ſcientiâ numiſmaticâ penè ſolus excellebat*) ſic de teſſerâ Spei, poſtquam *trium foliorum herbam* vocauit: *Credo* PRIMVM GERMEN *eſſe, quod iacto* GRANI SEMINE *exilit; cuius* SPES IN VIRIDI *eſſe, vetere verbo dicitur. Vtique* GRAMEN RECENS *colore ac tempeſtiuitate* BONAM, *malámve* SPEM *meſſis concitat.*

Fuluius Vrſinus in epiſt. ad familias.

Amor vitæ; *vna eſt catena quæ nos alligatos tenet.* Ipſum *viuere*, inquit Ariſtoteles, *expetibile eſt, & maximè bonis; propterea quod eſſe, bonum eſt ipſis, atque iucundum: ſentientes enim id quod eſt per ſe bonum, voluptate afficiuntur.* Seruatur autem vita in primis *cibo, qui homini familiarior eſt panis ex frumentarijs ſeminibus confectus. Omnia olera & fructus nutrimenta ſunt: ſed in his exiguum eſt quod nutrit, non exiguum quod eſt inutile. In pane autem puro plurimum eſt quod nutrit, exiguum quod eſt inutile.* Conficitur panis ex omni quidem frumento; ſed ex tritico longè præſtantiſſimus: vt enim illud ceteris frugibus præſtat, ita etiam panis triticeus reliqua panificia longè antecellit.

Seneca epiſt. 26. Lib. 9. Eth. c. 9. Galenus de Alim. facult. l. 1. cap. 2. Lib. 8. Meth.

Hinc ergo eſt, quòd antiquitus *ipſorum etiam Imperatorum manibus colebantur agri, gaudente terrâ vomere laureato, & triumphali aratore. Eâdem enim curâ* SEMINA *tractabant, quâ bella: eademq; diligentiâ* ARVA *diſponebant, quâ* CASTRA. Themiſtius: *Horrea non ſunt plena rubigine & araneis, ſed* FRVMENTO *referta: neque indignum videtur Imperatori inſpicere* HOS THESAVROS. *Ærarium quidem alijs committit; ipſa* FRVMENTA *&* HORREA *per ſe luſtrat.* Sperabant quippe Cæſares, & optabant annonæ prouentum ad plebis alimoniam, militumque ſuſtentationem, cuius magna illis cura.

Plinius lib. 18. c. 3. Orat. 6.

Eamdem ob cauſam agricolæ omnes olim ἐλπιστικοὶ erant, omnia

Plutarchus Symp. 4. cap. 4.

omnia in ſpe ponebant, quâ credebant contineri & abſumi vitam, ſuſpenſo ſemper ac pendente animo ad meſſem vſque. Et primò quidem in colendâ terrâ, quæ admittendo ſemini apta eſſet, ſpem collocabant, non in prauâ. *Terram terrâ emendari*, ait Plinius, *ſuper tenuem pingui ingeſtâ, aut gracili; bibulâque ſuper humidam ac prapinguem, dementia operis eſt. Quid enim poteſt* SPERARE, *qui talem colit?* Hinc Helena ad Paridem de irritâ ſpe ſuâ: Lib.17. cap.5.

Quid bubulum curuo proſcindere littus aratro,
SPEMq́; *ſequi coner, quam locus ipſe negat.* Ouidius Heroid. epiſt.16.

II. Spem vocabant triticum nondum terræ commendatum. Virgilius:

Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiaq́; ardentis decedat ſtella coronæ, 1.Georg. v.221.
Debita quàm ſulcis committas SEMINA, *quamq́;*
Inuitæ properes ANNI SPEM *credere terræ.*

Plinius de ſiderum ratione capiendâ ante ſationem: SPES ARDVA *& immenſa, miſceri poſſe diuinitatem imperitiæ: ſed & tentanda tam graui vitæ emolumento.* Lib.18. cap.24.

III. Spem collocabant agricolæ in tritico, quod iam terræ commiſſum erat, & nondum germinarat. Tibullus:

SPES *alit agricolas*, SPES *ſulcis credit aratris* Lib.2. El.6.
SEMINA, *quæ magno fœnore reddat ager.*

Item Ouidius:

———*prima putatur* Lib.15. Metam.
Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia SEMINA *pando*
Eruerat roſtro, SPEMq́; *interceperat anni.*

IV. In ipſo tritici germine, & herbâ vireſcente. Theophraſtus de frumentaceis: *Parte imâ craſſâq́; radicem, tenui ſupernâ* HERBAM *emittunt.* Cicero: *Terra* SEMEN *tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit, & elicit* HERBESCENTEM *ex eo* VIRIDITATEM, *quæ nixa fibris ſtirpium ſtatim adoleſcit.* Plinius: *Frumenta hieme* IN HERBA *ſunt;* Lib.8. cap.2. De Senectute. Lib.18. cap.7.

verno tempore faſtigiantur in ſtipulam quæ ſunt hiberni generis. Pro Spe Ouidius diſertè:

Lib.citat. *Vere nouo tunc* HERBA RECENS, *& roboris expers,*
Turget, & inſolida eſt, & SPE *delectat agreſtes.*

Alio loco Helena Paridi:

Heroid. epiſt.16. *Sed nimiùm properas, & adhuc tua meſſis* IN HERBA *eſt;*
Hæc mora ſit voto forſan amica tuo.

Frumenti germen, quod glebam traiicit, initio vnicum eſt, ac deinde bifidùm, trifidum, quadrifidumque, & Epiſt.121. tunc vocatur *Herba.* Seneca Philoſophus: *Illa* HERBA, *quæ in ſegetem frugemq; ventura eſt, aliam conſtitutionem habet* TENERA, *& vix eminens ſulco; aliam, cùm coaluit, & molli quidem culmo, ſed qui ferat onus ſuum, conſtitit; aliam, cùm flaueſcit, & ad aream ſpectat, &* SPICA *eius induruit. In quamcumq; conſtitutionem venit, eam tuetur, in eam componitur.*

Loco citat. V. In conceptu ſpicæ. Plinius de tritico: *Non ante trium, vel quaternorum geniculorum numerum* CONCEPTVS *eſt* SPICÆ; *qui vbi* SPEM *ſui fecit, quatuor aut quinque tardiſſimè diebus frumenta florere incipiunt, totidemq; aut paulo* Lib.18. cap.25. *pluribus defloreſcunt.* Alio item loco: *Interueniunt motu ſtellarum grandines, imbres, & ipſi non leui effectu, turbantq;* CONCEPTÆ SPEI *ordinem.*

VI. Denique in maturis ad lectionem frugibus, quæ & Declam. 12. ſæpè ſperantes fallunt. Quintilianus: *Calidi ſpirauere venti, maturitatem præcepit æſtus: etiam ſicubi fortè ieiunæ* HERBÆ *ſolum vicerant, vanis tantùm ariſtis* SPEM FEFELLERVNT, *& inanes culmos triſtis agricola iactauit ventis nihil relicturis.* Tibullus:

Lib.1. El.1. *Nec* SPES DESTITVAT, *ſed* FRVGVM *ſemper* ACERVOS
Præbeat, & pleno pinguia muſta lacu.

Lib.10. Epiſt.54. Symmachus ad Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium Augg. *Secuta eſt hoc factum fames publica, &* SPEM

prouinciarum meſſis ægra decepit. Prudentius contra Symmachum:

> *Semper, crede, polus varijs prouentibus annos* Lib.2.
> *Texuit, hos multâ ditauit* FRVGE *fluentes:*
> *Quoſdam infelices aſtris damnauit iniquus,*
> SPE CASSA & STERILI *curam fruſtratus agreſtem.*

Vides, Triſtane, quàm ſcitè vir ſummus Ant. Auguſtinus geſtamen Spei Deæ in numiſmatis explicarit, *herbam recentem, tribus comitatam foliolis, primumq́; grani germen, cuius* SPES IN VIRIDI ESSE *vetere verbo dicitur.* De herbâ recente Tullius appoſitè: IN HERBA ESSE *prouerbij quâdam ſpecie dicuntur, quæ nondum maturuerunt, ſed* SPEM BONAM *de ſe præbent.* De colore Alciatus:

> *Nos* SPERARE *docet* VIRIDIS; SPES *dicitur eſſe* In Emblem.
> IN VIRIDI, *quoties irrita retrò cadit.*

Item Silueſter Petraſancta: *Viridis color terram cùm viret exprimit; inter ſidera, Mercurium;* SMARAGDVM, *inter gemmas; inter hominis ætates, florens æuum; inter virtutes verò,* SPEM. *Cùm enim virent ſegetes, meſſem vberem* SPERAMVS. Cap. 19. pag. 61.
Veſtitus agrorum viridiſſimos inducit herbidum tritici germen. Virgilius de terrâ frumentis aptâ:

> *Quæq́;* SVO VIRIDI *ſemper ſe* GRAMINE *veſtit.* Lib. 2. Georg. v. 219.

CAPVT II.

Antiqua numiſmata cum typo SPEI, *quæ Antonij Auguſtini ſententiam confirmant, explicata.*

QVIDQVID memoriâ dignum in Romano Imperio fuit, id totum in æternis numiſmatum laminis ſeruatum eſt: quæ numinum ſimulacra, quæ nomina, quæ inſignia fuerint, hinc elucet. In ſuis ergo nummis, qui omnium manibus terebantur, Imperatores SPEM DEAM, adſcripto etiam nomine, exprimi voluerunt:

quemadmodum patet ex auerſis numiſmatum faciebus duodenis, quas in tabellâ ſculptas hîc exhibeo, vel ex nitidiſſimis archetypis deſumptas, vel ex manu picto codice Huberti Goltzij (quem Gorlæus vocat *fulgidiſſimum rei antiquariæ ſidus*;) vel denique ex Iacobo Bizæo, inſigni calcographo Antuerpienſi; vt Antonij Auguſtini ſententiâ de typo Spei penitus aſſeratur.

Præfat. ad Dactyloth.



Digitized by Google

EXPLICATIO NVMISMATVM.

PRimum ex ære numiſma aduerſum ſic eſt inſcriptum: TI. CLAVDIVS. CÆSAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. PP. Auerſum: SPES. AVGVSTA. SC. Spes cum germine trifolio repræſentatur; vt vbertas futura, annonæque vilitas ſignificetur. Suetonius de Claudio: *Vrbis annonaq; curam ſolicitiſſimè ſemper egit.*

II. Argenteum, aduerſum: TI. CLAVD. CÆSAR. AVG. P. M. TR. P. IIII. Auerſum: SPES AVGVSTA. Albertus Rubenius, amicus noſter, elegantis doctrinæ vir: SPES *militibus* porrigit HERBAM *ſuam, quaſi ſpondeat victores ipſos fore.* Tab. 19. num. 9. *Nummum hunc percuſſum arbitror, cùm Claudius expeditionem in Britanniam adornauit.* Ad ſimile Hadriani Ioannes Hemelarius: SPEM REIPVBLICÆ *videtur denotare, in numeroſâ iuuentutis educatione Auguſto adſcribendam.* Tab. 21. In alio apud Occonem, vbi cohortes alloquitur Hadrianus, ſcriptum eſt: SPES. PERPET. AVGVSTI. COS. III. PP. Pag. 227.

III. Ex auro, aduerſum: CÆSAR. AVG. F. DOMIT. COS. III. Auerſum: PRINCEPS IVVENTVTIS. Hemelarius: *Deſignat optimam* SPEM BONÆ FRVGIS, *velut in* HERBA *florentis ætatis oſtentari. Dederat autem Domitianus optimam initio Imperij, quam poſtmodum mirum quàm fefellerit.* Tab. 13. num. 9. Albertus Rubenius: SPES DEA *in puerorum & adoleſcentium nummis ſæpè viſitur; quia in illis, vt ait Cicero apud Seruium, non laudanda eſt, ſed* SPES. Tab. 55. num. 8.

IV. Ex auro, aduerſum: HADRIANVS AVGVSTVS. Auerſum: SPES. P. R. Hemelarius: *Spei ſimulachrum, quo florem, ſeu folia oſtentat vt* SPEM FRVGVM. *Porrò vbertatis cornu geſtat, & gubernaculo orbem tangit, innuens, quòd* SPES *futuræ felicitatis & affluentiæ, Imperatoris orbem feliciter gubernantis prouidentiæ à populo Romano aſcribebatur.* Tab. 20. num. 9.

V. Aureum item, aduerſum: IMP. CÆS. C. PESC. NIGER. IVS. AVG. Auerſum: BONÆ SPEI. Hæc ſunt Peſcennij verba ad milites apud Herodianum : *Neque* TENVES SPES *aut leues ſunt, quæ nos ſollicitant; ſed ipſe populus Romanus.* Iſtæc item Ammiani : *Peſcennius Niger ad ſubueniendum* SPEI *rerum extremæ à populo Romano ſæpè accitus.* In nummo legitur BONÆ SPEI, quam Horatius cum auctione vocat, *Spem bonam, certamq;.* Hemelarius : *Spei ſimulachrum* HERBAM *porrigit: deſignat Remp. ſub Commodo afflictam, hoc duce in meliorem ſpem excitari : ſed ſpei defuit ſucceſſus.*

Lib. 2. Lib. 26. In ludis ſæcul. Tab. 34. num. 1.

VI. Argenteum, aduerſum: IMP. CÆ. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II. Auerſum : BONA SPES. Herodianus de Seuero : *Omnia in illo admirationi erant; ſed potiſſimùm ingenij promptitudo, & generoſitas laborum; atque in ijs quæ audebat, robori animi coniuncta* SPES BONA. Verè bona ſpes, quæ in nummo duplicata eſt : dextrâ enim herbam tenet, & aliam ſupra caput habet; ad quam alluſiſſe videtur Imperator, qui pedibus æger, caput contingens, militibus dixit : *Tandem ſenſiſtis caput imperare, non pedes.*

Lib. 2. Spartianus.

VII. Ex ære, aduerſum : P. SEPTIMIVS GETA CÆS. Auerſum: SPEI PERPETVÆ. S.C. Benè ſemper de eo ſperatur, qui ad magna deſtinatus eſt. Spem in puero & iuuene, virtutem in viro & ſene laudamus. Spem ponebant in Antonio Getâ, *qui in adoleſcentiâ comis erat.* Sed præciſus fuit conceptæ Spei fructus à fratre Caracallâ, qui Getam obtruncauit, quem pars maior ob probitatem ſectabatur.

Spartianus.

VIII. Æreum, aduerſum: IMP. ALEXANDER, PIVS AVG. Auerſum : SPES PVBLICA. S. C. Zozimus: *Alexandrum Imperatorem deſignarunt, itidem ex familiâ Seueri prognatum : hic cùm & iuuenis adhuc eſſet, & ingenuâ indole præditus; fecit vt* OMNES *de Imperio* SPES BONAS *conciperent.*

Lib. 1.

IX. Ex argento, aduerſum: IMP. PHILIPPVS. AVG. Auerſum: SPES FELICITATIS ORBIS. Gordianus III. Imperator,

perator, quem *totius Romani orbis amorem* Capitolinus vocat, nummos percuſſerat inſcriptos, SÆCVLI FELICITAS; &, FELICITAS TEMPORVM. Philippus deinde, cuius inſidiis Gordianus interfectus eſt, numiſma cudi iuſſit cum typo Spei, & epigraphe, SPES FELICITATIS ORBIS; vt truculentam Gordiani cædem orbi Romano ſperatâ felicitate leniret. Iſtud Occo verbis tantùm deſcripſit, ſed Goltzius peritâ manu delineauit.

X. Ex argento, aduerſum: IMP. ÆMILIANVS. PIVS. FEL. AVG. Auerſum: SPES PVBLICA. S.C. Zozimus: *Cùm magnam Scytharum partem occidiſſet, milites in barbaricum tranſduxiſſet, inopinatò quidquid occurreret obtruncaſſet; præter* OMNEM *denique* SPEM *Imperio Romano ſubiectos illorum furore liberaſſet, à militibus ſuis Imperator eſt dictus.* T. Liuius: *In rebus aſperis, &* TENVI SPE, *fortiſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt.* Cùm alij deſperarent, ſperabat Æmilianus, cui res ſucceſſit ex voto. *Magna indolis ſignum eſt*, ait Florus, *ſperare ſemper.* Lib. 1. Lib. 25. Lib. 4. c. 8.

XI. Æreum, aduerſum: IMP. C. CN. FVLV. QVIETVS. AVG. Auerſum: SPES PVBLICA. Trebellius Pollio de Quieto: *Adoleſcens digniſſimus Romano Imperio fuit, & verè Macriani filius, & Macriani etiam frater, qui diu afflictis rebus potuerunt Rempubl. regere.* In bonæ indolis adoleſcente, ſalutis publicæ fiducia concepta erat.

XII. Æreum, aduerſum: C. PIVESV. TETRICVS. CÆS. Auerſum: SPES PVBLICA. Trebellius Pollio: *Hic puerulus à victoriâ Cæſar eſt appellatus.* Quintilianus: *In pueris elucet* SPES *plurimorum.* Lib. 1. Inſtit. c. 1.

CAPVT

CAPVT III.

Spica tritici, teſſera erat adultæ Spei: tranſlata ad Principum ſperatam bonæ indolis iuuentutem.

NASCENTI Spei à nobis explicatæ adultam ſubiungemus, quam exprimebant Veteres florente tritici ſpicâ. Marcus Varro: SPICA, *quam ruſtici (vt acceperunt antiquitus) vocant* SPECAM, *à* SPE *videtur nominata: eam enim quòd* SPERANT *fore, ſerunt.* Certè ſi ſpica à Spe dicta eſt, incongruè capietur quæ iam induruit, concoctaque eſt, & ad meſſem apta; ſed adhuc tenera & lacteſcens, de qua Maro:

Lib. 1. R.R. c. 48.

> SPICEA *iam campis cùm* MESSIS *inhorruit, & cùm*
> FRVMENTA *in viridi ſtipulâ* LACTENTIA *turgent.*

1. Georg. v. 314.

Lactent frumenta poſt conceptum ſpicæ, de quo Plinius: *Conceptu* SPICÆ *vbi* SPEM *ſui fecit, quatuor aut quinque tardiſſimè diebus frumenta* FLORERE *incipiunt.* Ouidius:

Lib. 18. cap. 7.

> *Si benè* FLORVERINT *ſegetes, erit area diues.*

5. Faſt.

Conceptus ſpicæ, id eſt *germinatio*, quam in aliis etiam plantis *Spem* vocat Plinius: *Ferunt Democritum*, inquit, *præuiſâ olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, magnâ tum vilitate, propter* SPEM OLIVÆ, *coëmiſſe in toto tractu omne oleum.* Alio loco de ſurculis inſerendis iubet, *vt prægnantes ſint, hoc eſt*, GERMINATIONE *turgentes, & qui parere illo* SPERAVERINT *anno.* Quibus addit: SPEI *fauet medulla calami commiſſuræ, ſi in medio ligni corticiſq́ue iungatur.*

Plinius lib. 17. c. 2. Lib. 18. cap. 28. Lib. 17. cap. 14.

In frumentis floret turgens ſpica. Palladius: *Omnia propè quæ ſata ſunt* FLORENT: *neque tangi à cultore debebunt.* FLORENT *autem ſic:* FRVMENTA *& hordeum, & quæ ſunt ſeminis ſingularis, octo diebus* FLOREBVNT; *& deinde per dies quadraginta grandeſcent* FLORE *depoſito, vſque ad maturitatis euentum.* Rigordus de geſtis Philippi Augu-

Lib. 6. tit. 1

Auguſti: *Erat enim tempus quando meſsis eſt in* SPICA *&* FLORES *producit, videlicet circa feſtum S. Ioannis Baptiſtæ.* Anno 1184.
Florem ſpicæ fructus ſequitur, de quo Plinius: *Omnium ſatorum* FRVCTVS *aut* SPICIS *continetur, vt* TRITICI, *hordei; muniturq; vallo ariſtarum quadruplici: aut includitur ſiliquâ, vt leguminum; aut vaſculis, vt ſeſaniæ, ac papaueris.* Lib.18. cap.7.
Itaque tritici, poſtquam defloruit, fructus ſunt maturæ fruges. Gemmas duas annulares antiquiſſimas hîc exhibeo, cum Spei typo.



In priore onychinâ ſimulachrum Deæ trifidum herbæ germen dextrâ porrigit, quod eſt Spei naſcentis ſymbolum. In alterâ ſmaragdinâ expreſſa eſt vtriuſque Spei teſſera, naſcentis & adultæ. Adultam oſtendit ſpica ad pedes Deæ à ſolo prodiens. Poſt verticem Deæ ſculptus eſt Sirius, *quod ardentiſſimo æſtatis tempore exoritur ſidus, ſole primam partem Leonis ingrediente.* Illi ſtellæ ſe interponit beneuolum numen, ne ardore ſuo ſpicam florentem exurat. *Accendit enim Solem, & magnam æſtus obtinet cauſam.* Feſtus Auienus: Plinius lib.2.c.47. l.18.c.28.

———*Siriaco torretur* SPICA *calore.* In Arati phenom.

Achatem profert Gorlæus, quæ geminam quoque oſtendit Spei teſſeram: ſed ſculpturæ antiquitas mihi planè ſuſpecta eſt. Primò, quia Spei numen ſtolæ laciniam non attollit, vt paſſim in nummis, vbi ſiniſtra cornucopiæ non Num.15.

 eſt

eſt impedita: ſecundò, quia geſtamen Deæ non eſt tenue tritici germen; ſed herbula rotundis tribus foliolis conſtans, quam *trifolium* vocamus: tertiò, propterea quòd ſpica quæ ante Deam eſt, non prodit à ſolo, ſed ab vrceo miniſtratorio. Gemmæ à Gorlæo editæ non veteris ſculpturæ ſunt omnes; ſed recentes pleræque, & ad libitum effictæ.

Gemmis duabus interpoſui æreum numiſma Saloninæ Græcum; quod vtramque Spei teſſeram oſtendit; naſcentis, cum tritici germine in dextrâ Deæ: adultæ, cum ſpicâ ad pedes eius. Triſtanus aliud exhibet Auguſtæ eiuſdem; ſed quod falſitate geminâ inſigne eſt: dat enim Deæ Lilij hortenſis florem in dextrâ, & ramum lauri, vt ipſe ait, retro ipſam Deam; typum habes ſequenti capite.

Tacitus lib. 11. Annal. Tiberio Claudio imperante, nocturnæ quietis ſpecies Equiti Romano cuidam obiecta eſt, *Tamquam vidiſſet* CLAVDIVM *coronâ* SPICEA *euinctum*, SPICIS *retrò conuerſis; eâq; imagine grauitatem annonæ dixiſſet.* Superuênit poſteà magna fames, de quâ Dio, vbi de Claudio: *Fame ingenti exortâ, non modò ad præſens tempus* COPIÆ ALIMENTORVM, *verùm in perpetuum etiam proſpexit.* Vt autem illa vbertas & abundantia non Cæſaris diligentiæ dumtaxat, ſed altrici Deæ aſcriberetur, cudi fecit ipſe ſibi Claudius nummos cum auerſis imaginibus; in primâ Cereris; in ſecundâ & tertiâ Meſſalinæ, & Agrippinæ vxorum; in quartâ, Antoniæ filiæ, quam ex Æliâ Petinâ ſuſceperat: in quibus ſpectantur omnes, cum ſpicis non inuerſis, ſed erectis, vt Romani Equitis phantaſmati remedium cælitus adhibitum publicè teſtaretur. Sunt autem huius formæ nummi.

Inſpice

1 2

3 4



Inſpice ſpicas, & coronas ſpiceas, & ſpicos vide. *Propriè* SPICVS *eſt*, inquit Seruius, *cùm per culmi folliculum, id eſt extremum tumorem, ariſta adhuc tenues in modum* SPICVLI *eminent*. Florentes ſpicæ, quæ ſpem dabant maturitatis, ac proximæ meſſis, numini offerebantur. Feſtus Pompeius: *Florilegium dicitur, quòd eo die* SPICÆ *feruntur ad ſacrarium*. Tandemque voti compotes in gratiarum actionem:

Primitias frugum dant SPICEA SERTA *ſuarum*. Ouidius lib. 10. Metam.

Ceterùm, à frugum expectatione ſpes tranſlata eſt ad iuuentutem. Mercurius ad Æneam apud Maronem:

Aſcanium SVRGENTEM, *&* SPES *heredis* IüLI 4. Æn. v. 174.
Reſpice, cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus
Debentur.

Magus ad Æneam apud eumdem:

Per patrios manes, & SPEM *ſurgentis* IüLI, 10. Æn.
Te precor.

Surgentis, id eſt creſcentis, & adoleſcentis.

Pentadius Poëta in tumulo Hectoris fortiſſimi iuuenis:

Occubuit telo violenti victus Achillis:
Occubuere ſimul SPESq; *ſalusq; Phrygum*.

 Sene-

Tacitus 14. Ann. Seneca Philoſophus ad Neronem: *Quartus decimus annus eſt, Cæſar, ex quo* SPEI TVÆ *ſum admotus.* Spei, id eſt iuuentuti: mox enim de ſtudijs ſuis Seneca: *Quibus claritudo venit, quod* IVVENTÆ TVÆ *rudimentis affuiſſe videor.* Tum ad Senecam Nero: *Ratione, conſilio, præceptis*, PVERITIAM, *dein* IVVENTAM MEAM *fouiſti.* Sed ô quàm ingratus fuit Nero! Albinouanus de Druſo Germanico:

Maximus ille quidem iuuenum, SPES PVBLICA *vixit,*
Et quia natus erat gloria ſumma domus.

Suprà cap. 2. n. 3. Domitiano PRINCIPI IVVENTVTIS data eſt SPEI teſſera in auerſo nummo, vt ſpes in eo bonæ frugis deſignaretur, quam dedit quidem initio Imperij, ſed poſteà fefellit. Aptiſſimè ad hoc argumentum Nazarius in Panegyrico Conſtantini Auguſti, de liberis eius agens: *Nobiliſſimorum* CÆSARVM *laudes exequi velle, ſtudium quidem dulce, ſed non & cura mediocris eſt: quorum in* ANNIS PVBESCENTIBVS *non eruptura virtutis* TVMENS GERMEN, *non* FLOS, *præcurſor* INDOLIS BONÆ, *lætior quàm vberior apparet; ſed iam facta grandifera, &, contra rationem ætatis,* MAXIMORVM FRVCTVVM *matura perceptio.* Tum circa orationis finem, de Româ: *Haurit inſuper ingentis* SPEI FRVCTVM, *quem propoſitum ſibi ex* CÆSARIBVS *nobiliſſimis habet, eorumq; fratribus, quorum iam nomina ipſa reueremur, etſi vota noſtra iterùm proferuntur.* Habes Spei ortum in germine, augmentum in flore, ſtatum ac perfectionem in maturo ac iam perfecto fructu.

CAPVT

CAPVT IV.

Flos Lilij non eſt vetus Galliæ ſymbolum; non geſtamen Deæ Spei; ſed humanæ fragilitatis, & breuioris vitæ teſſera. Triſtanus veteris monetæ audens corruptor.

STABILITO ex antiquis monumentis vetere Spei ſymbolo, fruſtrà interpellor commentis neſcio quibus Triſtani. Affirmat ille in primis, *Lilium* Pag. 10. 68.
iam inde ab vltimâ antiquitate fuiſſe Galliæ ſymbolum; adductis Gallieni Poſtumique numiſmatis, quibus Lilij ſpecies impreſſas eſſe, ſolâ cogitatione ſibi finxit. Sincera quatuor Liliis carentia, quæ ſubiungo, falſi arguent delirum ſenem.



In primo, quod eſt Hadriani aureum, Gallia cornucopiæ ſiniſtrâ geſtans, dextrâ ſacrificat, adſtante aris victimâ, ob felicem Imperatoris aduentum. In ſecundo, item aureo, Gallia genuflexa aſſurgit, dextram porrigente Hadriano,

de quo Spartianus: *Poſt hæc profectus in* GALLIAS, *omnes cauſſarijs liberalitatibus ſubleuauit.* In tertio, Gallieni æreo,
Dial. 3. haſtam Gallia tenet. Anton. Auguſtinus: GALLIA *ſiniſtrâ haſtam tenet, aut ſcipionem.* In quarto, argenteo Poſtumi, telum tenet Gallia. Virgilius de Gallis:

8. Æn. v. 661. ——*Duo quiſque alpina coruſcat*
GÆSA *manu, ſcutis protecti corpora longis.*

4. Cos. Hon. Claudianus item:

GALLIA *crine ferox, euinctaq́ torque decoro,*
BINAQ́ GÆSA *tenens, animoſo pectore fatur.*

Nummus Poſtumi, nitidâ Goltzij manu delineatus, vnicum oſtendit gæſum, quod æuo Galbæ duplex erat. Ad ſuum
Tom. 3. pag. 143. autem numiſma Poſtumi adulteratum, ita Triſtanus: *Gallia radijs coronata, manu ſiniſtrâ* LILIVM *tenet, iuxta multorum ſententiam; & ſecundùm alios, cornucopiæ: illud enim ſecerni non poteſt.* Inferiùs deinde: *Mea ſententia eſt, cuſpides eſſe duorum ſpiculorum, quæ Galliæ tribuuntur in nummis Galbæ.*
Pag. 69. Nunc autem in ſuo Tractatu de Lilio ait: *Gallia cornucopiæ tenet, in quo* LILII FLOS *cernitur, quem non ſatis obſeruaram, dum numiſma illud explicaui in tertio meo volumine; vt poſteà feci, reperto alio nitidiore, & melioris artificis.* Cornucopiæ vbertatem & annonæ vilitatem demonſtrat; vnde obſerues in eo ſpicas, vuas, poma, alioſque fructus. Ouidius de Nymphâ miniſtrante:

Lib. 9. Metam. *Inceſſit,* TOTVMQ́ *tulit prædiuite* CORNV
AVTVMNVM, *& menſas* FELICIA POMA *ſecundas.*

Totum Autumnum, id eſt, omnes Autumni fructus. Lilij flos vitæ breuis, & abſque fructu infelix, à nemine hactenus in illo cornu eſt obſeruatus, præterquam à Triſtano, qui varius & inconſtans, quidquid animo ſuo fingit, id omne verum eſſe exiſtimat. Poſtumus Tyrannus ſæculo tertio Gallias regebat, quarum partem Occiduam ſæculo nono obtinuit Carolus Caluus, Ludouici Pij filius, de quo Albericus:

ricus: *Quartus eorum de patre, non de matre*, CAROLVS, *Franciæ ſolio ſublimatur, quæ terris alijs* COMMODITATE PRÆCELLENS, *inter flumina Ligerim, Ararim, Moſam & Scaldim, & illum includitur Oceani ſinum, qui maiorem diuidit à minori Britanniam, inter noctem mediam & occaſum.* Anno 838.

Contendit prætereà Triſtanus, *in antiquis numiſmatis ſymbolum Spei eſſe florem Lilij nudis expreſſum lineamentis*; adfertque primo loco, ex Ortelio, C. Clodij conſulare numiſma, *in quo*, ait, *Lilij flos apertus eſt, & ſolum delineatus retrò caput Spei Deæ.* Atqui in eodem nummo, apud Fuluium Vrſinum, papauer eſt, non lilium: apud Iuſtum Lipſium, papauer eſt cum ſpicâ ex eo prodeunte: & vtrobique imi floris rotunditas conuincit Lilij florem non eſſe, qui à Plinio deſcribitur, *foris ſtriatus, & ab anguſtijs in latitudinem paulatim ſeſe laxans.* Ego certè caput numinis in illo Clodij nummo non Spei eſſe, ſed Annonæ exiſtimo, quæ in Antonini Pij argenteo numiſmate, apud Goltzium, exprimitur modio cum ſpicis, ac papauere, & inſcriptione: ANNONA AVG. Obſeruat quippe Ant. Auguſtinus, papauer conſpici in nummis qui Annonam exprimunt: vnde à Virgilio *papauer* nunc *cereale*, nunc *veſcum* dicitur; vt ille Clodij nummus deſignet annonæ copiam & vilitatem ab illo procuratam, qui Cos. erat cum M. Perpennâ anno V.C. 623. Pierius Valerianus ad Antonium Pollionem: *Onyx ille tuus modiolo, qui* SPICAS DVAS *continet, inſignis, ab cuius vtraque parte copiæ cornua arte admodum eleganti inciſa conſpiciuntur, vetuſtatis omnino venerandæ monumentum, ſignum olim aut Ædilium fuiſſe, aut eorum qui rei frumentariæ præerant, facilè credere poſſumus.*

Pag. 2. & 9. In Fam. Clodiâ. In Veſtâ cap. 3. Lib. 25. c. 1. Tab. 151. num. 6. Dial. 2. Lib. 56. cap. 1.

Adiungit deinde Triſtanus alia ectypa, quæ vel ex detritis, ac obſitis erugine archetypis, vel deprauatis ſculpturis, datâ operâ ſelegit; quæ omnia confutantur nummis legitimis, quos dedi capite ſecundo. Expreſſos hîc exhibeo tres Pag. 2.

dum-

Tom.3. pag.114. 115. dumtaxat, quos ipſe præ aliis malignè corrupit.



Primus eſt Alexandri Seueri, alter Saloninæ, tertius Tetrici; in quibus omnibus Spei numen exornauit flore hortenſis Lilij, qui in archetypis non apparet. Certè vel vnicus Peſcennij Nigri, à nobis ex archetypo fideliter exhibitus, conuincit Lilium non eſſe Spei ſymbolum. In eo enim
2. SPES BONA inſignis eſt quadrifido herbulæ germine, cum inæquali foliorum in culmum naſcentem inſertione, quod in flore Lilij natura non præſtat, ſed omnia folia facit æqualia.

Triſtanus itaque ac ſi nouum quidpiam, nemini que perſpectum, & explicatum proferret, aſſerüit, *florem Lilij in Romanorum numiſmatis fuiſſe ſymbolum Spei:* quod tamen ante illum Pierius Valerianus: *Sciendum*, inquit, *vnumquemque florem hieroglyphicum eſſe Spei. Nam ſi* SPES, *vt Pſeuſippus Platonicus finit, eſt* EXPECTATIO BONI; *velut è conuerſo Metus, animi concuſſio in expectatione mali; ſiq; floribus conſpectis, vſum inde fructuum* SPERARE *ſolemus; nulli dubium erit, quin* FLOS *ſit futuri boni prænuntius, & FRVGEM paulò pòſt ſuccreſcentem polliceatur. Nam & Themiſtius ait, per* FLOREM, *vbi prauius apparuerit, in* FRVGIS *inde nos* SPEM *ſurrigi.*

Tom.2. pag.35.

Lib.55.c.9

Sapienter Themiſtius, *per florem ſperari frugem*; hoc eſt, per ſpicam florentem, quam fruges ſequi ſolent: at quæ de Lilio

Lilio ſubnectit Pierius, minimè quadrant; ſunt autem iſtæc: *Sed quamuis ſit hæc omnium florum prærogatiua, vt nos* BENE SPERARE *iubeant; vnus tamen præcipuus, quippe* LILIVM, *vno omnium conſenſu, hieroglyphici huius primas obtinet. Hic in antiquorum monumentis cum* SPEI *inſcriptione*, LILII *potiùs figuram, quàm alterius cuiuſquam floris ſpeciem oſtendit.*

In eam Pierij ſententiam pedibus iuit Sebaſtianus Erizzus; at neuter ſcopum attigit: vt enim quædam ſunt *arbores ſteriles, infelices, damnatæq́ religione; quæ non ſentiunt gaudia annorum, neque natales pomorum recurſus verſicolori numero promittunt:* ita etiam ſunt plantæ plures, quarum ſpecioſos flores nullus edulis ſequitur fructus. Vtilitatem & voluptatem agricola quærit; *vtilitas quærit fructum, voluptas delectationem: Priores partes agit quod vtile eſt, quàm quod delectat.* In num. Claudij. Plinius lib. 16. c. 16. & 25. Varro l. 1. R. R. cap. 4

Certè inter omnia naturæ miracula, nullum illuſtrius; quàm quod terra in procreandis floribus edit; in quo præclarum hominibus ſuæ fragilitatis proponitur exemplum. Flos enim, qui hodie ſummâ pulchritudine nitet, animoſque ſpectantium ad ſe allicit, cras cum omni ſuo decore exaruiſſe comperitur. Quare vir rectus ac timens Deum Iobus ſic de homine: *Qui quaſi* FLOS *egreditur & conteritur.* Cap. 4.

Floreæ coronæ vbicumque olim aſpicerentur, indices erant ac teſtes hilaritatis, lætitiæ & gratulationis: ſed vel in mediâ lætitiâ homines admonebant ipſis congenitæ fragilitatis, inſtantiſque mortalitatis. Nihil enim tam citò marceſcit quàm florida illa materia. Plinius de mirâ naturæ varietate: *Reliqua vſus alimentiq́ gratiâ genuit; ideoq́ ſæcula annoſq́ tribuit eis.* FLORES *verò odoreſq́ in diem gignit; magnâ, vt palàm eſt, admonitione hominum, quæ ſpectatiſſimè* FLOREANT, *celerrimè marceſcere.* Inde à floribus coronariis ſpem fluxam & caducam indicari docuit Propertius: Lib. 21. c. 1

Ac veluti FOLIA *arentes liquere* COROLLAS, Lib. 2.
Quæ paſſim calathis ſtrata natare vides:

Sic nobis, qui nunc MAGNVM SPERAMVS *amantes,*
Forſitan includet craſtina FATA *dies.*

Statius ſimiliter omnem florum hilaritatem funere terminari ait:

Lib. 5. Silu. *Qualia pallentes declinant* LILIA *culmos,*
Pubenteſq́ ROSÆ *primos moriuntur ad Auſtros,*
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis.

Ratio, quam auctores adferunt, eſt florum duratio breuis.
Horatius de Lilio:

Lib. 1. Ode 36. *Neu deſint epulis roſæ,*
Neu viuax Apium, neu BREVE LILIVM.

Valerius Flaccus:

Lib. 6. Arg. LILIA *per vernos lucent velut alba colores:*
Præcipuè queis VITA BREVIS, *totusq́ parumper*
Floret honos.

Auſonius etiam virginem admonet proximæ mortalitatis, Roſas adducens, quarum ætas æquè fugitiua ac Liliorum:

Collige virgo ROSAS, *dum* FLOS NOVVS, *& noua pubes;*
Et memor eſto ÆVVM *ſic properare* TVVM.

Ioannes de Bado aureo, vbi deſcribit ſcutum Francicum: *Portat de azorio cum tribus* FLORIBVS *aureis. Et dic, quòd portare flores eſt ſignum inſtabilitatis, vt roſas, & tales; quia non ſunt per annum duraturi.* (Lib. de Annis.)

Abrahamus Ortelius apud Andream Schottum: *Error eſt, ne dicam amentia eorum, qui* FLORIBVS *hodie exoticis ac peregrinis mirificè oblectantur, in quibus, præter colorem varium oculos dumtaxat paſcentem, ſaporis verò odoríſve nihil ſentiant: & veluti externæ merces ac transmarinæ (ſed nimis, heu,* CADVCÆ, *ac* BREVIS ÆVI, *& fragiles) inter vecordes incredibili ſæpè veneunt pretio.* Henricus Spelmannus: *Florem pro eximio ponunt; & quod citò decidit, pro caduco.* Ad honorandos ergo defunctos, & ſimul ad indicandam humanæ vitæ fragilitatem, atque ipſam mortem, defunctorum ſepulchra (Dialogo 12.) (Pag. 137.)

pulchra ſpargebant floribus, ſertis & coronis, quæ ſtatim interibant. Statius: Lib.5. Siluar.

Illuſtremq́; animam LETHÆIS *ſpargite* SERTIS.

Athenæus: *Potbus duplex eſt; alterius* FLOS *ſimilis hyacintho: alterius, quo vtuntur* IN SEPVLCHRIS, *decolor*. Lib.15. Plinius: FLORVM *quidem Populus Romanus* HONOREM *Scipioni tantùm habuit: aſſes contulit, & funus elocauit; quàq; præferebatur,* FLORES *è proſpectu omni ſparſit.* Lib.21.c.3

Anchiſes, apud Maronem, poſtquam ſpem, quæ in Marcello adoleſcente eximia erat, deperditam luxit, ita proſequitur:

Tu MARCELLVS *eris: manibus date* LILIA *plenis,* Lib.6.Æn.
PVRPVREOS *ſpargam* FLORES, *animamq́; nepotis*
His ſaltem accumulem DONIS, *& fungar* INANI
Munere.

Ex more, inquit Cerda, *quo Veteres ſepulcbra ornabant floribus ſertiſq́;. Quæ cùm omnibus ex vſu darentur, nullis tamen magis propriè quàm pueris: quo admonemur momentanei vigoris & breuitatis vitæ.* In Comment. In antiquitatibus Valentinis, Romæ pridem editis, adfertur hæc vetus Inſcriptio:

D. M.
L. FABIVS ATREP
TES. FABIÆ. PRI
MITIVÆ
CONIVGI. BENEMERENTI
FECIT

Subiecit collector: *Ex* LILIIS, *quæ in ſummo tumuli obſeruauimus, immaturâ morte præuentam fuiſſe Fabiam coniecturam facimus: nam* LILIVM *citò defloreſcit.*

Auguſtus *conditorium & corpus magni Alexandri cùm prolatum è penetrali ſubieciſſet oculis, coronâ aureâ impoſitâ, ac* FLORIBVS ASPERSVM *veneratus eſt.* Sueton. cap.18. Nec defuerunt *qui per longum tempus* VERNIS ÆSTIVISQ́; FLORIBVS *tumulum* Cap.57.

NERONIS *ornarent.* Epitaphium incerti apud Pithœum:

Lib.5. Poëmat. *Pierides tumulo* VIOLAS, *Venus alma* HIACINTHOS,
Balſama dant Charites, cinnama ſpargit Amor;
Phœbus odoratas LAVROS, *Mars ipſe* AMARANTHOS;
Nos lacrymas, raræ munus amicitiæ.

Tumulus Camilli Aquilei apud eumdem:

Aſpice, quàm ſubitò MARCET, *quod* FLORVIT *antè:*
Aſpice quàm ſubitò, quod ſtetit antè, cadit.

Verè flos Lilij pulcher eſt, nobilis & coronarius; opus naturæ laſciuientis & ludentis, oculos exhilarat voluptate iucundiſſimâ, & quæ nullo noſtro conſtat impendio: fructum tamen nullum expromit; vt verè dixerim ego, *In Lilio ſpem nullam, nullum fructum eſſe.* Quâ in ſententiâ mihi præiuit Cœlius Rhodiginus, vbi de Floribus, qui ſine fructu intereunt: (Lib.27. cap.26.) *Momento conflacceſcunt, prorſumq́ gratiſſimum naturæ opus videtur perire, nullo cuiuſquam emolumento.* Guilielmus Nangiacus, S. Dionyſij monachus, qui (In Vitâ S.Lud.c.6) ex tribus LILII FRANCICI foliis, primus moralia pro Regibus documenta prompſit, ternario foliorum numero ſignificari ait, *Fidem, Sapientiam, & Militiam: quaſi dicerent toti mundo: Fidei, Sapientiæ, & Militiæ titulus, abundantiùs quàm regnis ceteris, ſunt regno noſtro, Dei prouiſione & gratiâ ſeruientes: quamdiu enim,* ſubdit, *prædicta tria fuerint in regno Franciæ fortiter & ordinatè ſibi inuicem cohærentia, ſtabit regnum. Si autem de eodem ſeparata fuerint, vel auulſa, omne illud in ſeipſum diuiſum deſolabitur, atque cadet.* Nulla adhuc in Lilio Francico ſpes collocata erat ſæculo, quo viuebat Nangiacus, decimo tertio.

Pag.10. Opponit Triſtanus hæc Artemidori verba de coronis:
Lib.1. cap.59. *Οἱ δ' ἐκ τῶν κρίνων γεγονότες, ἐκ ἐλπίδας ἐκβάλλονται πράγματα·* *Coronæ ex* FLORIBVS *concinnatæ, res in* SPES *differunt ac dilatant.* (Lib.3. c.8.) *ἐκ τῶν κρίνων*, explico, *ex floribus*; non, vt Triſtanus, *ex Lilijs.* Τὰ *κρίνα* enim (Paſchalio docente) ſpecioſos quoſuis

uis flores in genere ſignificant: quemadmodum etiam τὰ λείρια, vt ipſemet Triſtanus fatetur. Ab illis autem omnibus ſpes vanæ ſunt, & inutiles; quia nullus ab illis ſperatur fructus. Salomon in Prouerbiis: *Spes quæ differtur affligit animam.* Seneca Philoſophus: *O quanta dementia eſt ſpes longas inchoantium!* Eruditus denique Hieroglyphicorum Scriptor, Pierio ſubiunctus: *Iuno ex nubibus ficta* (ex cuius lacte orta fabulantur Lilia) *res de quibus agitur, fictas & falſas eſſe ſignificat,* SPEMq́; *fallacem: admonetq́; vt caueamus nobis ab illuſoribus.* Spes igitur Triſtani Platoniæ ſunt, & ſomnia vigilantium.

Pag.12.
Cap.17.
Epiſt.101.
Lib.1.c.11

CAPVT V.

De cæleſti origine, & antiquitate Liliorum Francicorum, fabuloſæ narrationes exploſæ.

FABVLA I.

In Aſpilogia pag. 43. AVCTORIBVS *cùm in more, tum in vitio eſſe ſolet*, ait Henricus Spelmannus, *dum gentium ſuarum antiquitates & ornamenta excolunt, nec medijs hærere, ſed nec humanis initijs.* Hunibaldus apud Trithemium

Pag. 38. in compendio: *Reges Francorum ex eo tempore, quo bellum habere cum Romanis cœperunt, de conſilio Pontificum & vatum gentis ſuæ,* ARMA *ſiue* INTERSIGNIA *hæc noua ſumpſerunt,* (RANIS TRIBVS *abiectis, quas olim ex Scythiâ in albo vellere adduxerant;)* LEONEM, *cum anteriore corporis parte, in vellere blauij coloris depinxerunt, pedibus ad capturam extenſis, & ore frementis more, aperto; cuius inferior pars corporis in caudam ſerpentis deſinebat; cum quâ collum aquilæ deſubtus in vellere aureo, expanſiſq; alis depictæ, fortiter alligatum videbatur comprimere, & ſuffocare. Quibus inſignijs, ſiue* ARMIS *(quamquam impropriè dicantur) omnes deinceps* FRANCORVM REGES *vſi fuerint, vſque ad* CLODOVEVM *Chriſtianum, qui pro Leone* TRIA *legitur* LILIA *demiſſa* CÆLITVS *vſurpaſſe.* Hunibaldus ille *nec treſsis Scriptor eſt*, inquit Gerar-

Lib. 2. de Hiſt. Lat. cap. 22. dus Ioan. Voſſius; *Imò nihil illo ineptius ſtultiuſq;, ferrei oris, plumbei cordis; quare eo loco habendus, quo Beroſus Annij, & ſimilis farinæ nugatores.* Meo iudicio ſpectrum eſt à deli-

An. 1514. rante quopiam fictum, & editum à Trithemio anno 1514.

FABVLA II.

CHronicon vetus de Francorum Regibus MS. in membranis meum: *Aprés la mort de* CHILDRICH, *regna en France le Roy* CLOVIS *ſon fils; & commença à regner l'an*

Anno 484. *de* N. S. IESVS CHRIST *quatrecent quatre vingt & quatre.*

Il

Il eſtoit payen : mais il fut marié à vne femme CLOTILDE, *qui eſtoit Chreſtienne, & ſaincte femme, & qui ſouuente fois lui preſchoit la foy de* IESVS CHRIST, *& qu'il ſe fit baptizer: & auſſi faiſoit* SAINT REMY *Archeueſque de Reims. Si aduint vne fois, qu'il s'en alla auec grande armée à l'encontre d'un Duc Romain, & vne grande compagnie de gens, qui tenoit le pays de Vermandois, Picardie, & autres iuſques à Cologne. Et portoit icelluy Roy à ſes armes* TROIS CRAPAVX *figurez d'or: leſquelles armes il faiſoit mettre & porter en ſes* BANIERES & PANONS. *Adoncques ſaint* REMY *ſe mit à genoux en oraiſon : & le Roy* CLOVIS *demora, & fit attendre ſes gens deſoubz* SA BANIERE: *& ainſi qu'il regardoit en hault, il vit* SA BANIERE & SES ARMES, *qui eſtoyent figurées, dedoréez, muéez & changéez : c'eſt à ſcauoir toute la* BANIERE *fut en couleur d'azur ; & dedans* TROIS FLEVRS DE LIS *d'or, telles que les Roys de France portent en leurs armes. Lors le Roy, qui auoit ja ferme creance, fit prendre* SA LIFLAMBE, *qui eſt la* BANIERE *où les armes furent muéez, & icelle mettre deuant ſoy : lequel auant qu'elle fut guere loing, veit ſes ennemys, qui ſe combattoyent encontre l'un l'autre ; & deſia en y auoit par les champs tant de mortz & naurez, que la terre eſtoit toute couuerte de gens mortz. Et à bref conter, ilz furent tous deſtruis, & ne ſçauoyent par qui. Et s'en retourna le Roy à grand ioye auec S. Remy à Reims, où il fut baptizé.* Deſinit Chronicon iſtud anno M. CD. XXX. quo dudum Reges Francorum terno Liliorum numero vtebantur. Anno 1430.

Affirmat Laurentius Bouchellus, ſe reperiſſe in vetere quodam libro manu exarato bibliothecæ Regiæ, *Prima Regum Franciæ Inſignia fuiſſe* BVFONES TRES, *vel* RANAS AVREAS *in campo nigro.* Fauchetus Præſes: *Les Flamans, & ceux du Pays bas, par deſdain, & pour ceſte cauſe, nous appellent* CRAPAVX FRANCHOS. Et Noſtradamus in Centuriis, *Francorum Regem* vocat BVFONVM HEREDEM, *l'heritier des crapaux.* Verbo, *Armoiries.* Lib. de Armis.

In palatio Regio Bruxellenſi ſeruatur vetus periſtroma, in quo lanâ deſcriptum eſt Clodouei Regis bellum aduerſus Allemannos. Ibi cernitur ipſe Rex cataphractus, qui galeæ loco tectus eſt pileo ferreo, quem aperta ex auro corona cingit. Regem ſequitur Signifer, qui vexillum geſtat aureum tribus impreſſum bufonibus nigris: *d'or à trois crapaux de ſable*. Pręcedit Regem Fecialis cum eâdem ſupra pectus teſſerâ.



Textum creditur illud aulæum ætate Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, hoc eſt ante annos ducentos & quinquagenos.

Aubertus Miræus in Chronico ſuo, quod ſubiunxit Sigeberto & Anſelmo Gemblacenſibus: *Memini, vt obiter hoc moneam, non ſemel vidiſſe me* BVFONES *in æneis Galloru tormentis maioribus, velut* INSIGNE REGIVM, *pro vulgi nimirum opinione.* Ad an. 1422.

Blaſius Vigenerius, in Notis ad Cæſaris Commentarios à ſe Gallicè verſos, Buſonem & Lilium ad occultum ipſius naturæ ſigillum refert: *Res eſt notatu digna,* inquit, *cerebrum galli gallinacei benè elixati, referre ex vnâ parte* BVFONEM, *ex alterâ* SCVTARIVM LILII FLOREM *optimè formatum:* At Lupanus Geliotus ait, *Illuſionem animi eſſe, ſimilem faciei, quæ apparet in Lunæ globo.* Ad figuram cranij interioris formati ſunt rudes illi ductus, qui certi nihil præſignant. Aconita flores edunt galeatos, qui nequidquam proſunt ad bellum. Radix filicis feminæ obliquatim ſecta, bicipitem aquilam oſtendit; quæ nihil iuuat ad Imperium. Flos conſolidæ regalis deſinit in acuminatum corniculum, quod antiqui æui *calcar* refert; vnde à Belgis noſtris appellatur **Ridder-ſporen**/ *Calcar equitis*: at inde nihil ad Equitum vel dignitatem vel munus attinet. Eodem modo, Bufonis & Lilij inculta lineamenta in elixato galli cerebro, regij nihil portendunt. Gallos equidem populos Bufonem aut Lilium pro teſſerâ geſtaſſe, in vetuſtate non legitur; vt neque Francorum Reges, qui Romano cadente Imperio Galliam occuparunt. Exiſtimat Fauchetus, *Lilia antiquiora inueniri ſic efformata, vt aliquid habeant ex fœdo illo animali, quod* BOTAM *vocant, hoc eſt Bufonem.* Ego conieci fuiſſe potiùs barbaro ſæculo, & rudi manu expreſſas *Apes regias*, quas imperiti exiſtimarint Bufones eſſe. Vt vt ſit, Bufonum fabula non videtur antiquior ipſo Liliorum apud Francos vſu; de quo nos inferiùs.

Ad 1. de Bello Gal.

Pag. 259.

Lib. cit.

FABVLA III.

[Lib. 1.] Robertus Guaguinus de Francorum geſtis: *Non prætéribo hoc loco adijcere, quod nullo certo auctore, ſed perſeuerante ad hanc meam ætatem famâ vulgatum accepi; fuiſſe Regibus Francis* BVFONES TRES *nobilitatis quidem Inſigne; ſed* CLODOVEO *Chriſtianis ſacris initiato* DEMISSVM CÆLO *eſſe id, quod nunc Reges geſtant,* LILIA AVREA, *quibus ſubeſt cæli ſereni color, quem azurum Franci dicunt. Ad hanc rem mihi adſtipulatur Diui Bartholomæi Monaſterium, quod* GAVDIVM VALLIS *appellatur, vbi fons, huius miraculi teſtis, ab incolis oſtenditur.* Ioannes de Haynin, Eques, Dominus de Louuegnyes, in Deſcriptione nuptiarum Caroli Audacis [Ex ms. cod. anno 1468.] Burgundiæ Ducis, & Margaretæ Eboracenſis: *La ſeconde ſale en haut, ceſt à ſcauoir la ſale des Chambellans, eſtoit tapiſſée du couronnement du Roy* CLOVIS, *premier Prince Chreſtien de France, & du renouuellement des alliances de luy, & de* GONDEBAVT *Roy de Bourgougne: puis du mariage dudit Roy* [*Lege La niepce.] CLOVIS *auec la * fille dudit Gondebaut. Item comment vn* HERMITE *apporta à laditte Royne vn drap d'azur*, à TROIS FLEVRS DE LIS *d'or, que l'*ANGE *luy auoit donné, & le deliura la ditte Royne à ſon mary le Roy* CLOVIS, *pour le porter comme* SES ARMES, *en lieu qu'il les portoit d'or*, à TROIS [Lib. 2. c. 18] CRAPAVX *de ſable.* Fauchetus, vti ſolet, dilucidè: *Quidam putant Abbatiam* GAVDII VALLIS (*quæ ſita eſt in nemore de Laya, iuxta S. Germani regiam arcem, quæ Poiſsiaco vicina eſt) fundatam fuiſſe in memoriam illius miraculi; proptereà quòd ibi fons oſtenditur, ad quem* SCVTVM LILIATVM *fuit* EREMITÆ *indicatum. Illa tamen Abbatia non fuit fundata niſi anno ..... Ego certè in bonæ notæ auctore nullo quidquam legi de illo ſcuti edito cælitus oraculo: creduntq́; viri docti, recentiora eſſe ſcuta typis hereditarijs impreſſa; vt alibi opportuniùs demonſtrabo.* Annus fundationis Gaudij Vallis, quem in

albo reliquit Fauchetus, annus eſt Chriſti M.CC.XXII. Sic enim Marcus Annaert, Ninouiæ Præmonſtratenſis Canonicus in MSS. Collectaneis: *Monaſterium* VALLIS GAVDII *fundatur ab illuſtri viro* BARTHOLOMÆO *de Roya, Franciæ Camerario, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo: & eodem anno confertur Ordini noſtro in Palatio Regis Franciæ Pariſiis, præſentibus ipſo Rege* PHILIPPO, *& VValtherio Carnotenſi, & Guarino Syluanectenſi Epiſcopis, & pluribus aliȷs eminentibus perſonis.* Sepultus eſt Bartholomæus ille in templo Gaudij Vallis, ſub tumulo æreo, ante maius altare, cum hoc Epitaphio: An. 1222.

Huius Baſilicæ fundator BARTHOLOMÆVS
DE ROYA *iacet hic, cui pius eſto Deus.* Morliere in Fam. de Royâ.
Regis conſilium, Regis Camerarius, inter
Regni Maiores maximus ille fuit.
Vt tantus fieret, meruit diſcretio, ſenſus,
Mores, vita, manus larga, probata fides.

Plura qui volet, adeat Sanmarthanos fratres in Abbatiis Galliarum, titulo *Gaudium Vallis.* Ioannes Tilletus: *Fabula de ſcuto Francico, quod Clodoueo Regi è cælo miſſum fuerit in cœnobio Gaudij Vallis, adinuenta fuit poſt Carolum VI. Regem.* De Dignitatibus.

FABVLA IV.

IOannes Goropius Becanus: LILIA TRIA, *quæ hactenus in Francorum Regum ſcutis ſpectantur, iam olim Nochi ætate in vſu Francis fuiſſe dico; & illa quidem* CÆLO DELAPSA; *propterea quòd non quæuis* LILIA, *ſed* CÆLESTIA *eſſent; nec ea aliȷ diuinitùs data, quàm populo Francorum.* Tum paucis interiectis: *Sicut è diuini oraculi promiſſione Nocho facta, Iapetus* FRANCI *nomen accepit, ita &* LILII CÆLESTIS *accepit inſigne.* Noachi ætate Francorum nomen incognitum erat, quod in orbe Romano non eſt auditum ante Valeriani Imperatoris tempora, hoc eſt, annum Chri- Lib. 4. Franc.

Anno 255. ſti CC.LV. vt rectè obſeruauit Hadrianus Valeſius. Ternarius
In Chron. Franc. Liliorum numerus quaterna ſæcula non tranſcendit; vt ve-
Pag. 36. rè ſcripſerit Spelmannus: *Maiore pertinaciâ, Francorum clypeum (ac ſi Deo O.M. curæ eſſet mortalium faſtus) è cælis Clodoueo demiſſum Guaguinus aſſerit, auctore certè nullo (nam ingenuè hoc fatetur) ſed vulgatâ famâ. Goropius etiam è cælis ducit; atque vt omnes ſuperet ineptias, Nochi auo.* Alio item
Pag. 138. loco de Goropio eodem: *Vt Liliaceo Gallorum clypeo omnem conferat admirationem (explosâ Bufonum fabellâ) è cælis eum Francis obtigiſſe (quod & alij aſſerunt) ſed hoc Nochi ætate, hallucinatur.*

FABVLA V.

IOannes Gerſonius, Pariſienſis Cancellarius, in Carmine optatiuo, quod condidit tempore Caroli VI. Regis:

Parte 2. LILII FLORES *Dionyſius olim*
FRANCIÆ *fertur* DOMVI *dediſſe*;
Cuius obtentu, precibusq; dignis,
LILIA *creſcant.*
Iure qui FRANCOS *regis, &* CORONAM,
Corde deuoto reuerere CHRISTVM;
Te libens totum ſibi da, iubebit,
LILIA *creſcant.*
LILII FLORES *decoraſtis amplè,*
REMIGI, *nec non* LVDOVICE, *ſancti*;
Iugiter veſtro petimus fauore,
LILIA *creſcant.*

Æuo S. Dionyſij antiquiſſimo, nulli adhuc erant vel Franci, vel Francorum Reges: neque dum Lilia S. Remigij ætate Francos decorabant. Longiſſimè ab vtroque functus eſt fato Gerſonius, anno nempe M.CCCC.XXIX.

FABV-

FABVLA VI.

NIcolaus Vptonus, vbi agit de colore cyaneo: *Iſte color fuit olim à Deo miſſus per Angelum* KAROLO MAGNO *Francorum Regi, tamquam pro ſubiecto & campo ſuorum armorum, vt patet in Chronicis. Detulit quidem Angelus ſcutum cum campo azorio, &* TRIBVS FLORIBVS GLADIOLI, *coloris aurei; ſignificans, quòd dictus* KAROLVS, *& omnes de ſequelâ ſuâ Reges Franciæ, ſemper erunt in vindictâ, & ore gladij. Iſta materia eſt impertinens, quare dimitto eam.* Viuebat in Galliâ Vptonus Anglus, obſeſsâ ab Anglis Aurelianenſi vrbe, anno M. CD. XXVIII. Eadem repetit Ioannes de Bado aureo, qui ſcribebat anno M. CD. LXXX. Laudata autem à fabulonibus Chronica nullibi extant: quocircà Vptonus *impertinentem materiam* vocat. Lib.3. p.108. An.1428. An. 1480.

FABVLA VII.

IOannes Tilletus Meldenſis Epiſcopus in Chronico: *Prætereundum non eſt,* ODONEM *in Galliam attuliſſe nobile illud ſignum innumeris pictum & ſparſum* LILIIS, *quod ad* CAROLI VI. *tempora durauit.* Sanmarthani Fratres: *Opinion, qui n'eſt pas ſuiuie par le Sieur du Tillet* (Greffier frere de l'Eueſque) *lequel eſtime que le grand* CLOVIS *prit pour Eſcu Royal* LES FLEVRS DE LIS: *mais on reuoque cecy en doubte.* David Blondellus: *Liliorum indefinitum numerum non* ODO, *anno* DCCC. XCVIII. *ineunte denatus, ſcuto ſuo primus impreſſit, vt Ioanni Tilleto Meldorum Epiſcopo perſuaſum fuerat; ſed* LVDOVICVS VIII. *anno* M. CC. XXIII. *ad Regnum euectus; cuius exemplum Reges alij plures ſucceſſiuè ſecuti ſunt.* An. 892. Lib.11.c.8 Tomo 1. p.514.

FABVLA VIII.

EOrum eſt, qui trecentis ab hinc annis obiter inſinuarunt, Lilia Clodoueo Regi cælitus miſſa. Scriptor hi-

Cap.49. an.1370 ſtoriæ Bertrandi Gueſclini, de populo Pictauienſi: *Ils diſoyent, qu'ils debuoyent bien honorer la noble* FLEVR DE LIS, *que Dieu traſmit en terre par* ANGE *au Roy Clouis, plus qu'ils ne faiſoyent le felon* LIEPARD. Tum de Rupellenſibus: *Il ny auoit grand ne petit, meſmes les femmes & les enfans, quand ils regarderent* LES FLEVRS DE LIS *ſemées és banieres & tunicles, qui ne criaſt d'vne voix, & d'vn accort: Bienueigne* LA FLEVR DE LIS, *qui dignement fut enuoyée des ſaincts cieux au Roy Clouis.* Ioannes Ludouicus Viualdus, qui ſub

In triumpho Liliorum. Ludouico XII. Rege vixit: CLODOVEO, *qui myſterium Incarnationis Chriſti integrâ mente ſuſcepit,* TRIA AVREA LILIA *de cælo lapſa ſunt.* Bartholomæus Chaſſanæus in Ca-

Parte 1. Conſid.38 concl.44. talogo: *De* ARMIS *Regis Franciæ, cùm fuerint* CLODOVEO I. *Regi Francorum Chriſtiano* CÆLITVS DEMISSA *in baptiſmo illius & coronatione, videtur quòd non poſſunt alijs concedi, neque ſunt in commercio ipſius, & quòd ſolus ea portare debet, & habere ſine aliquâ diminutione.* Renatus Choppi-

Lib.2. tit.2.n.7. nus in Domanio: *Sunt & ſua Regibus peculiaria veſtium annulorumq; ornamenta, quibus diuinæ Maieſtatis typus in terris ſpectandus repræſentatur.* LILIATI *Regum Galliæ* FLORES, *ſigna* CÆLITVS DEMISSA *ad noſtrum* CLODOVEVM *Proto-Chriſtianum, quibus intextum* FLOSCVLIS *paludamentum geſtatur à Principe ſacris Remenſibus initiando.* Stephanus

Lib.6. Forcatulus: *Tria pignora* DE CÆLO MISSA, *Imperij Gallici ſempiterna;* SCVTVM LILIATVM; *Phiala odorata; & vexillum ſplendidum, purpuram ætheream conſitens pro certo.* Gil-

Pag. 72. bertus Varennius: *L'on doit demeurer d'accord, que le grand* CLOVIS, *premier Chreſtien de nos Monarques, quitta ſes anciennes armes, pour charger ſon Eſcu d'azur de* TROIS FLEVRS

DE LIS *d'or, que le ciel luy auoit enuoyé par l'entremiſe d'un Archange*. Silueſter Petraſancta: *Sata ſine numero* AVREA LILIA *in areolâ coloris ſapphyrini, ſunt vetus teſſera Regum Galliæ, per* SIDEREVM NVNTIVM *data Regi Clodoueo.* Lupanus Geliotus: *Les* ANGES *ont eſté les heraults & porteurs des* FLEVRS DE LIS. Iacobus Aug. Thuanus: Pag.468. Pag.325.

——— CLODOVEVS at ingens In Lilio.
Roboreq; atque animis, radiantia LILIA *Francis,*
LILIA *tot Reges, tot parturitura triumphos,*
IN PARMA *oſtendet, ceu lapſa Ancilia cælo.*

Balthaſar Vias ad Ludouicum XIII. Regem: In Lilijs.

——— At nunc Ancilia iactet
Roma Numæ, quæ lapſa polis fatale Latini
Omen erant regni: num falſa ex fonte vocauit
Relligione deos, ſua dum connubia narrat,
Fulgur & Ægeriam: CECIDERVNT *veriùs* ASTRIS
LILIA *pacatis, ſacro cùm Chriſmate* CLOVIS
Vngitur, & mitis deponit colla Sicamber.

Tum inferiùs ad eumdem Regem:

Et donec tellus producet LILIA, CÆLIS
Quæ clypeo DELAPSA *geris, tua Gallia vinci,*
Appendi numquam poterit captiua trophæis.

Carmina iſtæc affinia ſunt Romanicis cantilenis, de quibus Albericus: *Quamuis delectent, & ad riſum moueant audientes; tamen à veritate hiſtoriæ comprobantur nimis recedere, lucri gratiâ ita compoſita.* Anno 770.

De ſcuto Liliato aliter ſentiunt naſutiores Franci. Bernardus Girardus Haillanus: *Fides illa Francorum* DE LILIIS *nullâ probati Scriptoris auctoritate confirmatur*. Claudius Fauchetus: *De ſcuto regio* PER ANGELVM *ad Clodoueum Regem miſſo nihil inuenitur in hiſtoriâ Gregorij Turonenſis.* Iſte tamen ſanctus Epiſcopus alia de floribus retulit portenta; Primum: *Hoc anno multa prodigia apparuerunt in Gallijs, va-* Lib.1. Rer. Francic. Lib. de Armis. Lib.6.c.44

ſtatio-

ſtationeſq; multæ fuerunt in populo: nam menſe Ianuario ROSÆ
Lib 7. c. 11 *viſæ ſunt.* Alterum: *Erat, cùm hæc agebantur, menſis decimus*; (hoc eſt Ianuarius:) *tunc apparuerunt in caudicibus vinearum palmites noui cum uvis deformati, & in arbòribus* FLORES.
Lib. 8. c. 8. Tertium: *Fulgor per cælum occurriſſe viſus eſt*; FLORESq; *in arboribus oſtenſi ſunt: erat enim tunc menſis quartus*, ſcilicet Iulius.

Scipio Dupleix, poſtquam egit de Ampullâ in baptiſmo
In Clodoueo. Clodouei: *Le peuple* SVPERSTITIEVX & CREDVLE *adiouſte à cela, que l'Eſcu en champ d'azur, ſemé de* FLEVRS DE LIS, *enſemble* L'ORIFLAMME, *banniere royale de France, furent portées auſsi à* CLOVIS *par* VN ANGE *aprés ſon bapteſme.* Tum nonnullis interiectis: *Quant à l'Eſcu parſemé* DE LYS *en champ d'azur, ni l'hiſtoire, ni la tradition font foy, qu'il ayt eſté apporté* DV CIEL. Ioannes Sauaro de ſanctitate Regis
Pag. 8. Clodouei: *Les anciens Hiſtoriens de la premiere & ſeconde famille de noz Roys ne parlent point de l'enuoy des* FLEVRS DE LIS, *lors du bapteſme du Roy Clouis.* Guilielmus Marlotus:
Lib. 2. c. 4. *Sententia de* LILIIS *è* CÆLO *miſsis, in Clodouei Regis inauguratione, valdè eſt ſuſpecta; vtpote quæ fundamento & auctoritate caret.* Iac. Alex. Tenneurius, in Tractatu de Ampul-
Pag. 12. lâ Remenſi: *Nullum* LILIATI SCVTI & *Auriflammæ veſtigium; nullum antiqui probatiq; auctoris de ijs teſtimonium nobis ſupereſt.* Dauid Blondellus: *Qui* CÆLO *delapſum, an-*
Tomo 2. pag. 164. *ciliorum inſtar, Francorum Regum* SCVTVM LILIATVM *arbitrantur, miſeratione quàm confutatione digniores ſunt.* Catellus denique, poſtquam dixit ſe legiſſe in MS. quodam Vaſconcio, allata fuiſſe per Angelum inſignia Crucis Torſino
Lib. 1. c. 5. Comiti Toloſano, ſtatim addit: *Sed nulla hîc eſt veri ſpecies, ſatisq; apparet commentum eſſe; quia Auctores plerique idem retulerunt de Inſignibus terrarum ſuarum, vt* E CÆLO *demiſſa redderentur magis venerabilia.* Ceterùm, ad illas Francorum liberas veraſque aſſertiones, Gabriel Naudæus in Additione ad Hiſtoriam Ludouici XI. Regis, ſic per iocum loquitur:

tur: *Non faciam ego vt huius temporis homines ingenio ſolutiore præditi, qui monarchiæ noſtræ* MIRACVLA *inſigniora derident, ac reponunt inter* FALSA: *Partes enim ſuas produnt, amoremq́ pro patriâ ſuâ non habent; quandoquidem illam fruſtrari volunt ijs, quæ ab externis ipſi conceduntur. Si cordatiores, ac politicæ rationis ſcientiores eſſent, iſtud ſaltem T. Liuij axioma ſequi tenerentur: Datur hæc venia antiquitati, vt miſcendo humana diuinis, primordia vrbium auguſtiora faciat.* Cap.2. Lib.4. Dec.1.

FABVLA IX.

IOannis Triſtani eſt, qui affirmat, *Antiquitatem Liliorum Francicorum ſuperare annos centum ſupra mille.* Ac deinde alio loco; *Originem* LILIORVM *eſſe ſanctam ac* CÆLESTEM, *eſſeq́* VEROSIMILE, *S. Remigium Clodoueo Regi auctorem fuiſſe, vt Lilia pro ſymbolo ſumeret.* Ita loquitur cum hæſitatione Triſtanus, qui ſua pro Lilio argumenta dicit eſſe reprehenſionis exortia, *preuues irreprochables:* ipſe tamen incertâ paſſim & coniecturali locutione vtitur: *Il eſt croyable: il n'eſt pas croyable: il eſt bien plus vrai-ſemblable: la coniecture en eſt conſiderable: il eſt toutefois probable: vray ſemblablement: comm'il eſt croyable: auec plus d'apparence de certitude*; & ſimilibus. Tantam ſuauitatem fabulæ ſibi vendicant, vt in quamcumque mentem turbidam, aut ſimplicem influxerint, excæcatam eam reddant. In Præfat. Pag.19. Pag.13. 19.20.21. 28.60.69.

Ceterùm, quo nixa fundamento fuerit fabula de Liliis cælo demiſſis, indicauit Vates quidam Gallus in carmine, quod appenſum cernitur in æde Partheniâ Pariſienſi, iuxta equeſtrem ſtatuam Philippi Valeſij; inſcriptumq; eſt Henrico II. Regi anno M.D.LV. vbi de Liliatis Francorũ Inſignibus canit:

> CÆSIVS *ille* COLOR, *toti gratiſſimus orbi,* Breulius
> E CÆLI *nobis* VERTICE *miſſa notat.* l.1.pag.21

Aërium planè argumentum, & quod ſcutis omnibus cæruleo colore pictis æquè aptari poſſit.

F CAPVT

CAPVT VI.

Symbola ſcutaria Virorum nobilium, certa non fuerunt in familiјs, nec hæreditaria, ante ſæculum vndecimum vel duodecimum.

TAMETSI ſymbola quædam in bellis præferri ſolita, iam inde ab heroicis temporibus; typi nihilominùs ſcutis impreſſi, cum certo metallorum, colorum, vellerumque numero, ſolemnibus verbis ac regulis noſtri moris, vix reperientur fixi, & in familiis perpetui, ante militares Chriſtianorum in Terram ſanctam profectiones.

In Notitiâ vtriuſque Imperij, quæ ſcripta eſt ineunte quinto ſæculo, clypei militum Romanorum variis diſtincti ſunt coloribus & lineamentis. *At Romana illa Inſignia*, (inquit Henricus Spelmannus) *legionum fuiſſe palàm eſt, non priuati alicuius hominis, aut familiæ: nec in iјs quid heraldicorum characterum, qui Gallis Feſſes, Bandes, Cheurons, appellantur; nec hodierna colorum obſeruatio, nec arearum diſtributio.* Antonius Dadinus Alteſerra libro de Ducibus & Comitibus: *Romanis, vt ex Imperij Notitiâ liquet, certi non fuêre colores, & metalla Inſignium: poſterioris æui inuentum eſt, quod certos his colores & metalla, neſcio quâ ſuperſtitione dicauit, & ſcrupuloſam hac de re artem inſtituit.* Syluester Petraſancta: *Galli & Britanni, poſtquam virtus & nobilitas pompam quæſiuerunt, traduxerunt ad artem, ſtudio & ingenio miro excultam, ſtemmata familiarum.* Cùm Normanni milites legionarij in Galliam irruperunt ſæculo nono, pictis Romano more ſcutis adhuc vtebantur. Abbo de bellis Pariſiacæ vrbis:

In Aſpilogiâ, cap. 25

Cap. 3.

In Prologo.

Lib. 1. anno 887.

Ingeminant bellum, clamor fremituſq; fit altus,
Ingenteſq; replent voces hinc inde ruentes
Æthera; ſaxa fremunt PARMAS *quatientia* PICTAS.

Tum

Tum inferiùs:

Sanguine nulla via vrbis adeſt intacta virorum,
Proſpiciens turriſq; nihil ſub ſe niſi PICTA
SCVTA *videt: tellus ab eis obtecta latebat.*

Eginarthus in Annalibus Caroli Magni: *Rebus Saxonum pro rerum opportunitate diſpoſitis, Rex in Franciam reuertitur: & cùm Aquiſgrani hiemaret, VVido Comes ac Præfectus Britannici limitis, qui eodem anno cum ſocijs Comitibus totam Britonum prouinciam perluſtrauerat,* ARMA DVCVM, *qui ſe dediderant,* INSCRIPTIS *ſingulorum* NOMINIBVS, *detulit.* Anno 799 Monachus Egoliſmenſis S. Eparachij: *VVido Comes, qui in Marcâ Britanniæ præſidebat, vnà cum ſocijs ſuis Comitibus Britanniam ingreſſus, totam eam recepit in deditionem, & domno regi* CAROLO *de Saxoniâ reuerſo* ARMA DVCVM, *qui ſe dediderant,* INSCRIPTIS *ſingulorum* NOMINIBVS *præſentauit.* Certè non fuiſſet opus inſcribi Ducum nomina, ſi à propriis inſignibus cognita fuiſſent eorum ſcuta. Quapropter *ingenuè fatendum eſt*, ait Spelmannus, *cultum hunc noſtrum recentiorem eſſe, qui nec ante Caroli Magni ætatem viguiſſe animaduertitur.* Pag. 35. Henricus Doutremannus in Hiſtoria Valencenenſi: *Il eſt certain, qu'en ce temps là* [de Charlemagne] *les Princes & Seigneurs ne portoyent point d'*ARMES CERTAINES *& aſeurées pour les tranſmettre à leur poſterité; beaucoup moins les villes. On trouuera difficilement lettres d'aucun Prince ou Seigneur auant l'an mille, qui ſoyent ſeellées d'vn* SEAV ARMOYÉ, *car ils ſe contentoyent de* SIGNER, *c'eſt à dire, d'y appoſer leurs noms en chiffre, auec certaines entrelatures de lettres l'une dans l'autre: & bien qu'és Tournoys & batailles ils ſe ſeruiſſent de quelques figures dans leurs eſcuz, ſi eſt ce que pour la pluſpart, ils les changerent à leur plaiſir.* Parte 2. cap. 5.

Apud Malmeſburienſem, Gaufridus Martellus, Andegauenſis Comes (qui viuebat ſæculo vndecimo) Guilielmum Normanniæ Comitem ad congreſſum ſingularem in Lib. 3.

diem proximum depoſtulauit; atque vt in acie cognoſcibilis eſſet, *Eximiâ audaciâ colorem equi ſui, & ARMORVM INSIGNIA, quæ habiturus erat, inſinuauit:* ac ſi arbitraria illi tum eſſent ſcuti ſymbola, non familiaria; quæ alioqui vicinum Normannum, propter viri eminentiam, & rerum geſtarum magnitudinem latere non potuiſſent.

Petrus Bleſenſis de Nobilibus ſui temporis: *Credas eos ire ad domum conuiuij, non ad bellum. CLYPEOS deferunt optimè DEAVRATOS, prædam potiùs hoſtium cupientes, quàm certamen ab hoſtibus; & eos referunt, vt ita loquar, virgines & intactos. Bella tamen & conflictus equeſtres depingi faciunt in ſellis & CLYPEIS, vt ſe quâdam imaginariâ viſione delectent in pugnis, quas actualiter ingredi, aut videre non audent.* Ex quibus datur intelligi, tunc temporis nobilium clypeos non certis fuiſſe diſtinctos ſymbolis, ſed pro arbitrio pictoris, aut militis, illuſtratos figmentis & emblematis. Florebat autem Petrus Bleſenſis ſub Ludouico VII. Francorum Rege, hoc eſt ſæculo duodecimo; ad quod referri etiam debet id quod Paulus Iouius ſcriptum reliquit; nempe, *Inſignia gentilitia in vſu fuiſſe apud Italos tempore dumtaxat Friderici I. Imperatoris.*

Expeditiones Chriſtianorum in Palæſtinam aduerſus infideles dicebantur CRVCIATÆ, quia Crux ſacræ militiæ
An.1188. character communis erat. Rogerus Houedenus: *Rex Franciæ & gens ſua, ſuſceperunt* CRVCES RVBEAS; *& Rex Angliæ cum gente ſuâ, ſuſcepit* CRVCES ALBAS; *& Philippus Comes Flandriæ cum gente ſuâ, ſuſcepit* CRVCES VIRIDES. Planè vt ſuas militares cateruas quiſque Princeps agnoſceret.
In Apologiâ. Marius Æquicolus, nobilis Italus, ſcriptum reliquit, *Vſum vindicandi vni familiæ toti imaginem typicam vnius ſcuti, non eſſe antiquiorem ætate Godefridi Bullionij.* Guilielmus
Lib.2.c.4. anno 1096 Marlotus, magnus Prior Eccleſiæ S. Nicaſij Remenſis: *Symbolica ſcuta non erant certa, imò nec in vſu ante primam Franco-*

Francorum profectionem in Terram ſanctam, quæ contigit ſub Philippo I. Rege.

Scriptor geſtorum Ludouici VII. Regis, vbi de obſidendâ ciuitate Damaſco: *O quàm pulchra & delectabilis viſu facies exercitus, vbi tot erant* NOVA TENTORIA, *& papiliones*, DIVERSIS ARMORVM SPECIEBVS ET COLORIBVS DIFFERENTES, *& DIVERSÆ Principum* BANNERIÆ, *auræ leuis impulſionibus crepitantes.* Cap. 19. anno 1147 Occaſione ſacrorum exercituum enatâ Heraldorum ſcholâ, ſinguli Reges, Principes, ac Nobiles, cupientes inuicem internoſci, ſcuta prætulerunt, & vexilla propriis ſignata ſymbolis; quæ deinde ex perſonalibus facta ſunt gentilitia: vnde armorum decus è maiorum nobilium ſcutis in minorum tranſire paulatim cœpit, ad familiarum diſcrimen & ornamentum.

Petrus Pithœus libro de Comitibus Campaniæ: *Valdè eſt veroſimile, vltramarinas expeditiones nobis attuliſſe magnam partem Armorum & Symbolorum: illorum ſaltem vſum reddiderunt magis communem, & religioſiùs posteà obſeruatum quàm antè fuiſſet.* Philippus Morellus in Opere de Symbolico Franciæ ſcuto: Lib. 1. c. 1. *Communior ſententia eſt, votiuæ peregrinationis viatores Francos, qui Terræ ſanctæ recuperandæ causâ vltra mare proficiſcebantur, primùm occaſionem cœpiſſe, ſcuta ſua, ſaga & vexilla varijs diſtinguendi ſymbolis, ob varios hoſtium occurſus, & pulchra belli facinora: ſic vt inſignia, quæ ſunt in Franciâ & Italiâ, magnam partem in Palæſtinâ collecta fuerint.* Sanmarthani fratres: Lib. 1. cap. 12. *Tempore Comitum Andegauenſium & Pariſienſium, qui Hugonis Capeti progenitores erant, viuebantq́ ante annos ſeptingentos, ſcuta ſymbolica nondum erant in vſu; nec fuère vſurpata ante bella vltramarina à Chriſtianis Principibus aduerſus infideles ſuſcepta.*

Fauchetus Præſes ſcienter præ aliis: *Scuta gentilitia nondum fixa erant ante annos quingentos; quandoquidem filij nobilium*

bilium non ſemper retinebant ſymbola, teſſeras & inſignia, quæ parentes in ſcutis geſtare conſueuerant; nec eorum quidem ſeruabant nomina. Et quemadmodum in diuerſis tractibus portiones habebant hereditarias, iuxta ſuæ domus opulentiam; ita quoque diuerſa habebant ſymbolica ſcuta, varios clamores bellicos, & diuerſa cognomina, quæ ſumebant à ſuis fundis. Henri-
Pag 29. cus Spelmannus: *Quis ergo credat, clypeorum ſignacula tum hereditaria fuiſſe, cùm neque cognomina, neque feuda, neque dignitates ipſæ illud iuris obtinuiſſent? Aio igitur, Inſignia tum fuiſſe perſonalia, & mutabilia ad placitum deferentis; vt Heroum illa antiqua, vel, vt hodie ſolent in haſtiludijs emblema-*
Pag. 43. *ta.* Alio item loco: *Ipſa familiarum cognomina à Normannis noſtratibus ſunt inchoata; prioribus Græcorum more, ſimplici appellatione contentis: quod è Chronicis paſſim obſerues; & exinde quàm difficilis ſit ſub ijs ſæculis familiarum deriuatio.* Fauchetus etiam alibi explicatè: *Aſſeri poteſt, ſymbola ſcutaria, imò & cognomina, fuiſſe in familijs certa, annis abhinc trecentis aut quadringentis; quemadmodum notauit Machiauellus in Hiſtoriâ Florentinâ: egoq́; id factum credo tempore ſacrarum in Orientem expeditionum, quæ tunc ſatis frequentes erant; vt inſpectione ſcutorum, tunicarum, & inſtratorum, quibus equi & milites operti & ornati erant, heroica virtus & magnanimitas veterum peregrinatorum agnoſceretur; illorumq́; ſucceſſoribus animos darent ad imitandam Maiorum fortitudinem.* Subdit deinde conſequenter; *Moris tunc fuiſſe, vt ſcuta illic relinquerentur, quæ dedère cauſam nobilibus retinendi parentum typos atque ſymbola, eaq́; ſuis familijs aſſerendi; vt ſic Maiorum fama ſeruaretur, & ab ijs origo ſplendida ſignificaretur.*

Addo ego, ſcuta illa defunctorum in Terrâ ſanctâ, eaſdem ob cauſas ad natale ſolum nonnumquam fuiſſe relata. Extat exemplum de Ioanne Ioneuillano Campaniæ Seneſcallo, & S. Ludouici Regis in Sacrâ expeditione ſocio,

cio, qui militare ſcutum patrui ſui *Gaufridi de Ioneuillâ* cognomento *Trullardi*, in Palæſtinâ defuncti, inde retuli, in Galliam, & in S.Laurentij Eccleſiâ arcis Ioneuillanæ, in æternum pietatis argumentum, collocauit; vti refert Menardus, in notis ad hiſtoriam S. Ludouici Regis à Ioanne Ioneuillano ſcriptam. Eius etiam moris præclara mentio apud Matthæum Pariſium, vbi agit de Regum Franciæ & Angliæ conuiuio Lutetiæ celebrato : *Epulabantur autem in maiore Regiâ templi, vbi videlicet* PENDENT CLYPEI *quotquot poſſunt circumquaquè in quatuor parietibus, ſecundùm* CONSVETVDINEM VLTRAMARINAM, *inter quos apparuit* CLYPEVS *Richardi Regis Angliæ.* Pag. 283. An. 1254.

CAPVT VII.

Exempla & auctoritates de ſcutis Regum, Principum, Ducum, & Comitum præcipuæ dignationis; ac denique Nobilium familiarum.

SVPEREST vt oſtendamus luculentis aliquot exemplis, ſcuta Principum Chriſtianorum, quæ ad poſteros tranſiuerunt, ſua non habuiſſe initia ante ſæculum vndecimum vel duodecimum.

I. Exemplum.

DE CASTELLÆ REGIBVS.

ALfonſus cognomento Bonus, Caſtellæ Rex, circa annum M.C.LXXX. primus geſtauit *Caſtellum aureum in ſcuto coccineo*; *quia*, inquit Garibayus, *in priuilegijs aliorum Caſtellæ Regum, eius deceſſorum, quæ vidi, ſymbolum illud non inueni*; *ſed in eius dumtaxat ſigillis, Regumq́, aliorum eius ſucceſſorum.* Additque conſequenter : *ſumptum meritò ab Alfonſo Bono pro Regio inſigni Caſtellum, quod propugnaculum, præſidium, ac tutelam ſignificat*; *quia Catholici Caſtellæ* An. 1180. Lib. 12. cap. 34.

Reges

Reges ſemper fuerunt defenſores, protectores, ac tutores Fidei Catholicæ, & Reipublicæ Chriſtianæ; ſemperq́ bella geſſerunt contra Mauros infideles, Chriſtianorum perpetuos hoſtes.

I I.

DE REGIBVS ARAGONIÆ.

PEtrus Rex Aragoniæ, Mauris prælio Alcoracenſi deuictis, & Oſcâ ciuitate ipſis ereptâ, *in ſcuto argenteo* primus prætulit *puniceam S. Georgij crucem, impreſſis ad angulos capitibus quatuor ſanguineis, cum albis diadematis*, quòd Reges Mauri totidem in pugnâ illâ cecidiſſent. Cùm deinde Petronilla, Ranimiri II. Aragonum Regis filia, Raimundo Berengario Barcinonæ Comiti elocata fuiſſet, regnumq́ue Aragoniæ ad maſculinam Barcinonenſium ſtirpem tranſlatum fuiſſet, vſi ſunt Barcinonenſi ſcuto Reges Aragonenſes, quod *aureum eſt, palis tribus coccineis impreſſum.* De illâ etiam pugnâ Alcoracenſi Zurita alio loco: *Inſignem laudem eo in prælio ſibi peperere præſtantiſſimi Aragoniæ proceres. Gaſto Biellius, à quo Corneliorum familia in primis ampla & præpotens originem duxit, qui in vexillis & militaribus paludamentis, cornicum inſignibus decorari eo cœpere tempore.*

Zurita l. 1. cap. 32. An. 1096.

In Indicibus Regũ Aragon.

I I I.

DE REGIBVS ANGLIÆ.

HEnricus Spelmannus in Aſpilogiâ: RICHARDVS *primus, ad* SACRVM BELLVM *ſe accingens, omnium* PRIMVS *clypeum habet inſignem; ac ſi id decoris, quod in eâ militiâ vſitatius eſſet, propter euitandas populorum confuſiones, apud Anglos non claruiſſet: ſed Leone tum ille ſolitario, & erecto, non gradario. Sigillô autem ſuo, ſiue per naufragium Cyprium, ſiue per captiuitatem Auſtriacam, in alienâ poteſtate conſtituto, nouum curat conficiendum; quod etiam, ne falſarijs*

Pag. 45. anno 1159

locus

locus eſſet, à priore diſcreparet. Illic demum, nec antiquius vſquam, TRES LEONES *vidimus; quibus per Ioannem Regem, Henricum Tertium, Edvvardos Primum & Secundum, ad Edvvardum III. traductis, Francici ille Regni clypeum, cuius materno iure heres ſalutatur, Anglico immiſcuit.*

IV.

DE PRINCIPIBVS AVSTRIACIS.

IMperatores, Reges, & Archiduces Auſtriaci ſcutum præferunt coccineum, faſciâ tranſuerſâ candidâ exaratum: Gallicè, *De gueulles, à la faſce d'argent:* cuius auctor fuit LEOPOLDVS Dux Auſtriæ, cognomento Virtuoſus; cui cùm in oppugnatione Ptolemaidis ſuo & hoſtium ſanguine madenti, in ſago militari candido nihil apparuiſſet aliud, quàm quod lato cingulo tegebatur; illud retulit virtutis ac fortitudinis ſymbolum, quod perpetuæ memoriæ conſecrauit. Continuator belli ſacri perſpicuè: *Occupatâ turre quâdam, cùm* AVSTRIVS *in repugnantem hoſtem ſæuiret atrociùs, in mare ſe præcipitem dare coactus eſt, totus ſuffuſus ſanguine,* CINGVLO *tenus dumtaxat, quod* ALBVM CORPVS *interſecabat, ad ſuos ſe recepit: vnde ex euentu* FRIDERICVS (Friderici I. Cæſaris filius, tunc in Oriente ſacræ militiæ Dux) *totius exercitus ſuffragio noua illi Inſignia, rubro & albo coloribus interſtincta, conceſſit.* Petraſancta vocat *Faſciam argenteam in ſcuto conchyliato, quæ honoratiſſima eſt in Germaniâ, Hiſpaniâq; & Belgio Principum Auſtriacorum.*

Cuſpinianus in Auſtriac. Gullimannus l. 2. c. 1

Lib. 1. c. 2. n. 7. anno 1190.

Pag. 95.

V.

DE FRANCORVM DVCIBVS ET MARCHIONIBVS.

SAnmarthani fratres: *Si l'on veut croire Iean le Feron, les Ducs & Marquis de France, predeceſſeurs du Roy* HVGVES CAPET, *comme eſtants, dit il, deſcenduz du Roy* CLOVIS,

Lib. 11. c. 8

VIS, *portoyent en leurs Armoiries vn Eſcu, dont le champ eſtoit d'or, à l'Aigle de ſinople, couronné, membré & becqué d'argent, à la bordure ſemée* DE FRANCE, *qui eſt d'azur, aux* FLEVRS DE LIS *d'or ſans nombre. Autres diſent (auec auſſi peu de fondement) qu'ils portoyent de gueulles à huit baſtons fleuronnez d'or à la bordure de* FRANCE. *Mais* LES PLVS IVDICIEVX *n'en demeurent d'accord, eſtimants que les Armoiries n'eſtoyent point encore en ce temps là en vſage, ni hereditaires, ou arreſtées aux familles : & qu'elles ne l'ont eſté, que depuis* LES GVERRES *entrepriſes par les Princes Chreſtiens* OVTRE MER *contre les infidelles.*

VI.

DE DVCIBVS BVRGVNDIÆ.

ANtiqui Burgundiæ Duces, à Roberto Rege Hugonis Capeti filio oriundi, *Scutum* geſtarunt *auro & cyano*
An. 1106. *ſexies obliquè faſciatum, margine coccineo.* Gallicè: *D'or & d'azur en bande de ſix pieces, à la bordure de gueulles.* Primus ex illis Hugo Secundus Dux faſcias illas in ſigillo prætulit, de quibus Petrus Franciſcus Chifletius frater meus, in Epi-
Pag. 36. 178. 179. ſtolâ de Beatrice Comitiſsâ Cabilonenſi: *Sex illæ faſciæ, quas eius ſucceſſores poſteà geſtarunt, cùm in nullo deceſſorum eius ſigillo reperiantur, pluſquam veriſimile eſt illarum fuiſſe primum auctorem.* Qui deinde Burgundiæ Dux ſenis faſciis obliquè ductis coccineum marginem primus adiecerit, fateor me neſcire.

VII.

DE BELGICIS PRINCIPIBVS.

Lib. de Nobil. pag. 82. IOannes Hollanderus: *Principes Belgici, paraturi olim in Syriam expeditionem, aſſumpſerunt variorum colorum* LEONES, *quibus ſcilicet Saracenis eſſent formidoloſiores. Flandriæ*

qui-

quidem Comites LEONEM ATRVM *in campo aureo: Dux Brabantiæ* LEONEM AVREVM *in atrâ planitie. Hollandiæ Comes* LEONEM RVBEVM *in æquore aureo. Dux Limburgi* LEONEM RVBEVM *in ſcuto argenteo.*

VIII.

DE DVCIBVS BRABANTIÆ.

HEnricus I. Dux Lotharingiæ noſtræ inferioris, & Brabantiæ, S.R.I. Marchio, in Terram ſanctam profecturus anno M. C. LXXXIII. primus LEONEM prætulit in ſcuto; vt ex antiquis ſigillis probat Chriſtophorus Butkens in Trophæis Brabantiæ; vbi affirmat, in Scutis Ducum & Comitum præcedentium nullum inueniri ſignum. An. 1183. Pag. 199. Probat. pag. 47. & 67.

IX.

DE COMITIBVS FLANDRIÆ.

RObertus Friſo, Flandriæ Comes, anno M.LXXII. primus in ſcuto militari prætulit LEONEM; quo deinde Robertus Iunior, Balduinus Securis, & Carolus Bonus abſtinuerunt: ſed poſteà reſumpſit Theodoricus Alſatius anno M.C. LXI. alijque deinceps omnes Flandriæ Comites geſtarunt in ſcuto. Vredius in Sigillis. An. 1072. An. 1161.

X.

DE DVCIBVS MEDIOLANI.

PAulus Iouius, & Franciſcus Sanſouinus tradunt, OTHONEM *Mediolani Vicecomitem, inſigni pietate & magnitudine virum, tempore* GODEFRIDI BVLLIONII, *nihil territum* VOLVCIS *Saraceni ferocitate, qui medio in campo ad ſingulare certamen fortiſsimum quemque ex acie Chriſtianâ prouocabat, fuiſſe congreſſum; tandemq́, eum non minori fortitudine quàm felicitate deuiciſſe: deq́, confoßi hoſtis* GALEA *opi-* Lib. de Vicecom. in fam. Italiæ, anno 1096.

 mum,

mum, plenumq́ immortali gloriâ SPOLIVM *retuliſſe; auritam ſcilicet* VIPERAM, *inexplicatis ſpiris minaciter à cono caßidis erectam, & puerum paßis manibus deuorantem: quod vnum auſpicatæ virtutis argumentum, non modò* GENTILITIÆ LAVDIS *geſtamen fuit; ſed & poſteris* ID INSIGNE *audaciter vſurpantibus, & imperia, & opes, & latè gloriam protendit.*

XI. *Exemplum, & vltimum.*

DE SCVTIS NOBILIVM FAMILIARVM.

Lib. 1. cap. 61. pag. 241. PHilippus l'Eſpinoyus, Teriianæ Vicecomes, libro de Nobilitate Flandricâ', poſtquam egit de initiis cognominum in familiis: *Semblablement a ce eſté de l'*ORIGINE *& commencement* DES ARMOIRIES: *car du commencement* An. 1100. 1200. *des premiers ſiecles, iuſques à l'an* MILLE CENT, *&* MILLE DEVX CENT, *les hommes en leurs contracts, ou traittés, n'eſtoyent accouſtumez de ſeeller les dits contracts; mais les ſignoyent ſimplement de leurs ſignes manuels, & de leurs noms. Mais du depuis qu'ils ont frequenté* LES GVERRES, *& principalement* CONTRE LES INFIDELES, *affin qu'ils fuſſent mieux recognuz les vns des autres; & principalement de leurs Princes, ou de leurs* HERAVLTS *d'armes, qui eſtoyent commis pour tenir note de la valeur des meilleurs combatants, & plus fideles ſeruiteurs de leurs Princes; il leur fut ordonné de porter en leurs* TARGES, ESCVS, COTTES D'ARMES, *& à la bardure ou couuerte de leurs cheuaux de guerre, des* MARQVES DIFFERENTES *les vnes des autres, par leſquelles ils fuſſent entrecognus des ennemys, & auſſi de leurs compagnons, qui eſtoyent auec eux en quelque battaille, aſſaut de ville, eſcarmouche ou rencontre, tel que ſe preſentoit auec leurs ennemys. Ce qui fut cauſe, qu'aucuns ſe marquoyent de la teſte d'vn homme, fut de longue ou large barbe; les autres de la teſte d'vn jeune homme; autres d'vn Lyon rampant; autres d'vn Lyon paſſant; autres d'vn Griffon;*

Griffon; autres d'vn Aigle ſimple; autres d'vn Aigle double; autres d'vne Roſe; autres de trois Roſes; autres de Treffles; autres de feüilles de diuerſes ſortes; & ainſi de diuerſes deuiſes & marques, par leſquelles ils eſtoyent cognus; comme plus amplement ſe voit és anciens ſeelz de pluſieurs nobles & diuerſes familles. Les Dames vſoyent ſemblablement de ſeeller, les vnes à cheual, les autres à pied, veſtues de longs habits, ayants en la main droitte VNE FLEVR, *ſut de* LYS *ou autre; & en la main, ou ſur le poing gauche, vn Faulcon. Ce que tout ſe void es vieux ſeelz des dittes Dames, & du temps paſſé. Ce que iay ici voulu remonſtrer, affin que chaſcun ſoit informé ce qu'eſt de la premiere inſtitution du* PORT DES ARMES; *comme auſſi du premier commencement des ſurnoms és familles; affin que ne nous abuſions de nous vanter, & faire diſcours de l'ancienneté de noz familles du temps meſmes qu'iceux n'eſtoyent encore cognus ni en practique.*

Qui cum otio examinare volet vetera ſigilla ab Andrea Cheſnæo adducta in Genealogiis, quas luci dedit, Illuſtrium Familiarum; nulla inueniet cum ſcuto ſymbolico, quod ad poſteros tranſierit, ante ſæculum vndecimum vel duodecimum.

CAPVT VIII.

Apud Reges Francorum ſcuta liliata in vſu non fuerunt, niſi poſt Ludouicum Sextum, duodecimi ſæculi incipientis Regem.

DE primæ ſtirpis Francorum Regibus Guilielmus
Lib.2.c.4. Marlotus candidè: *Reuerà* FLORVM LILII *nulla certa vidimus veſtigia ſub primâ Regum lineâ; quidquid conijciat Dupleix in ſuâ Hiſtoriâ.* Antiqui rerum Francicarum Scriptores nullo pacto Liliorum meminerunt; nempe Gregorius Turonenſis, Fredegarius, Aimoïnus, Eginhartus, Theganus, Nithardus, Rorico, Flodoardus; nulli Annales veteres, Chronica nulla. Negatiuo eodem argumento in re ſimili vſus eſt Plinius, vbi de
Lib.21.c.8 Amarantho, Cyano, & Elichryſo: *Omnes hi* FLORES *non fuere in vſu Alexandri magni ætate; quoniam proximi à morte eius auctores ſiluêre de illis.* In monetis Regum primæ & ſe-
An. 1610. cundæ ſtirpis, quas edidit Paulus Petauius, Liliorum nulla apparent ſigna: nulla in nummis Regum ex Carolino gene-
An.1619. re, quos luci dedit Ioannes Bapt. Hautinus. E Belgio noſtro
Lib.2. Vitæ anno 1607. *aduexit in Galliam Peireskius numiſmata Francorum Regum, ex primâ quidem ſtirpe quadraginta aurea, præter varia argentea; & ex ſecundâ, quinquaginta argentea, præter vnum aureum Ludouici Pij; quod æſtimabat maximi, quoniam non modo rariſſimum, ſed etiam parum aberat, quin ſingulare arbitraretur.* Profectò ſi in illis nummis expreſſa fuiſſent Lilia, Peireskius, rerum Francicarum ſtudioſiſſimus indagator, ea celebrare non prætermiſiſſet. At illud omne, quod iam dixi, pro
Pag.25. confeſſo habet Triſtanus, vbi ait: FLOS LILII *ſculptus non apparet in* MONETIS *ac* SIGILLIS *Merouingorum & Carlouingorum Regum; ſaltem quod ego viderim.* Fruſtrà ergo quæruntur etiam Lilia in ſigillis Regum ex primo & ſecundo

ſecundo genere, qui chartas ſuas annulo firmabant, in quo ſculpta erat eorum imago ſola, abſque vllo peculiari ſymbolo. Fauchetus Præſes clarè: *Antiqui Reges diplomata ſua muniebant ſigillo impreſſo in cerâ, vel in auro, quod eorum præferebat effigiem, quam Veteres vocabant* IMAGINEM LVSCAM; *vt omnia penè numiſmata Græcorum & Romanorum expreſſa ſunt.* In aureo annulo Childerici I. Regis ſculpta eſt capillata eius effigies. In ſigillo Chilperici Regis, dimidiata eius imago, cum pileo in capite. Sigillum Dagoberti Regis extat apud Zilleſium, cum aſymbolâ ipſius effigie: apud quem etiam habes Pipini Breuis, Caroli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij Regum ſigilla, quæ ſunt aduerſa dumtaxat, abſque auerſâ teſſerâ. Sigilla eiuſmodi Hugonis Capeti & Roberti Regum Dominicus edidit: & Philippus Labbeus adduxit chartam Philippi I. Regis, datam anno M. C. VII. pro Prioratu S. Eligij Pariſienſis; vbi ad finem iſthæc adnotauit: *Seellé de deux grands ſeaux* SVR LE PARCHEMIN *de la lettre, en cire iaune, ſans lacs de ſoye; en l'vn deſquels ſeaux eſt le Roy aſſis, en ſa dignité Royalle; & en l'autre eſt vn Roy à cheual, & à l'entour eſt eſcrit:* PHILIPPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Aliam quoque Ludouici VI. Regis idem Labbeus edidit, datam anno M. C. IX. pro Eccleſiâ Virginis Deiparæ Pariſienſis; ad quam iſthæc adiecit: *Seellé* EN PLACART *du grand ſeel Royal de cire blanche & rougiaſtre, eſpais de deux doigts, ou eſt empreint vn Roy aſſis en ſon liƈt de iuſtice, auec cet eſcrit:* LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Eodem modo ſigillata eſt eiuſdem Ludouici VI. Regis charta pro Baſilicâ S. Dionyſij, data anno M. C. XX. apud Doubletum, qui verba hæc ſubiunxit: *Auec le ſeel de cire iaune ſain & entier, & l'effigie du Roy empreinte, ſeant en ſon troſne, tenant en la main droitte vn ſceptre, & à la ſeneſtre la main de iuſtice.* Ex quibus manifeſtum eſt, ſæculo duodecimo

Anaſtaſis pag. 96. & 306.

Pag. 10. 11 13. 14. 15.

Aſſert. pag. 252. In Miſcellaneis pag. 587.

Pag. 603.

Pag. 850.

cimo incunte ſigilla Regum cerea adhuc fuiſſe membranis adfixa & agglutinata, abſque ſymbolo ſcutario, ſeu Liliato, ſeu quouis alio. Vnde Fauchetus verè & explicatè: *Il ne me ſouuient point d'auoir veu marque de* FLEVRS DE LIS, *precedentes* PEPIN; *mais depuis* LOVIS LE GROS *(du temps duquel il ſemble que les Armoiries commencerent à eſtre hereditaires) elles furent plus aſſeurées aux familles, & commencerent de paſſer aux maiſons de pere en fils.* Ad quæ addit Henricus Doutremannus: *C'eſt à dire, depuis la conqueſte de Ieruſalem par Godefroy: ce qui eſt receu maintenant de la plus part des gens doctes.*

Libro de Armis.

In Hiſt. Valenc.

Cap. 15. Sugerius Abbas S. Dionyſij in Vitâ Ludouici Groſſi, hæc adfert Merlini Poëtæ verba de Henrico I. Anglorum Rege, qui ſæculo duodecimo bellum geſſit in Galliâ contra Ludouicum Groſſum Regem: *In diebus eius*, AVRVM *de* LILIO, *& urticâ extorquebitur.* Quæ Sugerius explicans, ait: AVRVM *ex* LILIO, *quod eſt, ex religioſis boni odoris: & ex urticâ, quod eſt, ex ſæcularibus pungentibus.* Certè ſi Ludouici Groſſi ætate Lilium iam fuiſſet Regni Francici ſymbolum, illud ad pios religioſi Ordinis Sodales Sugerius non transtuliſſet, qui in totâ Groſſi Vitâ Lilium aliàs non nominauit.

An. 1112.

Primus poſt Ludouicum VI. Groſſum regnauit in Franciâ filius eius Ludouicus VII. Iunior dictus, de quo ſic Dauid Blondellus: Primò: *Nullius Regum noſtrorum, ante* LVDOVICI VII. *anno* M. C. XXXVII. *patri ſuffecti tempora*, SIGILLVM LILIATVM *extat.* Secundò: *Ante annum* M. C. XLVI. *quo cruce cum Conrado tertio ſignatus eſt* LVDOVICVS VII. *ſiue* LILIATI, *ſiue teſſerâ aliâ inſignis* SCVTI, *nullus in Regiâ familiâ uſus fuiſſe videtur.* Tertiò: *Sigilla Regum ante* LVDOVICVM VII. *nulla extant, quibus* SCVTVM *ſiue* LILIATVM, *ſiue teſſerâ aliâ inſignitum, inſculptum ſit.* Quartò: LILIVM *Regum noſtrorum ſcutis nullum, ante*

Tomo 1. pag. 514. An. 1137.

An. 1146.

Pag. 346.

LVDO-

LVDOVICI VII, *ætatem, impreſſum fuiſſe, nobis ex veteribus ſigillis compertum eſt.* Nemo tamen hactenus, quod ſciam, Ludouici VII. Regis ſigillum liliatum edidit. Petrus de Miraumonte vnicum ſic deſcripſit: *I'ay veu, & leu tiltre en l'Abbaye S. Victor lez Paris, ſeellé d'vn ſeel de cire, tirant ſur le rouge, auquel eſt empreinte d'vn coſté l'image d'vn Roy aſsis, tenant en ſa main dextre vne* FLEVR DE LIS; *& de l'autre, l'effigie d'vn homme à cheual, comme eſtant le dit Roy Duc d'Aquitaine; & à l'entour d'icelluy ſeel, eſtoit eſcrit d'vn coſté:* LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX: *& de l'autre:* DVX AQVITANIÆ. Editus eſt Pariſiis Miraumontij liber anno M.DC.X. Contrà Andreas Cheſneus, qui omnia Francorum archiua excuſſerat, ſic ad me ſcripſit anno M. DC. XXIX. *Je n'ay iamais remarqué* FLEVR DE LIS *dans les ſeaux des Roys de France deuant Philippe Auguſte.* Et in aliis eiuſdem anni poſterioribus litteris, hæc ad me dedit: *Quant aux* ARMOIRIES, *ie croy que l'on a commencé ſeulement au temps du Roy Philippe Auguſte de les mettre dans* LES SEAVX. *S'il s'en rencontre auparauant où il y en ait, c'eſt fort rarement. Depuis le dit Roy il me ſemble qu'elles ont eſté plus aſſeurées & hereditaires aux familles.* Cheſnei ſententiam firmat Ioannes Baptiſta Hautinus; qui cùm ederet ſigilla Regum Franciæ, incepit à ſigillo Liliato Philippi Auguſti. Idemque præſtitit Oliuarius Vredius. Henricus Spelmannus etiam ſic de Ioanne Tilleto: *Regum ſeriei à Philippo Pulchro ad Carolum Sextum, clypeum ponit ſcaturigine* LILIORVM [ſemé de Fleurs de Lis] *conſignatum; Philippo verò huic, & patri eius Philippo Tertio,* LILIORVM *decadem. Antiquiſſimus, quem profert clypeus, qui eſt Philippi Auguſti, in Regem vncti anno* M. C. LXXX, *(ouatâ ſpecie ad antiquitatis teſtimonium)* LILIVM *tantùm ſingulare habet; quale & ex filio nepotis ſui Diui Ludouici. Quæ varietas vacillantem oſtendit & recentem Inſignium deſcriptio-*

Lib. de Cancell. fol. 132.

An. 1610.

An. 1629.

Fol. 14.

Tab. 39.

In Aſpilogiâ, pag. 37

Reges ſemper fuerunt defenſores, protectores, ac tutores Fidei Catholicæ, & Reipublicæ Chriſtianæ; ſemperq́ bella geſſerunt contra Mauros infideles, Chriſtianorum perpetuos hoſtes.

II.

DE REGIBVS ARAGONIÆ.

Zurita l.1. cap.32. An.1096.

PEtrus Rex Aragoniæ, Mauris prælio Alcoracenſi deuictis, & Oſcâ ciuitate ipſis ereptâ, *in ſcuto argenteo* primus prætulit *puniceam S. Georgij crucem, impreſſis ad angulos capitibus quatuor ſanguineis, cum albis diadematis*, quòd Reges Mauri totidem in pugnâ illâ cecidiſſent. Cùm deinde Petronilla, Ranimiri II. Aragonum Regis filia, Raimundo Berengario Barcinonæ Comiti elocata fuiſſet, regnumq́ue Aragoniæ ad maſculinam Barcinonenſium ſtirpem translatum fuiſſet, vſi ſunt Barcinonenſi ſcuto Reges Aragonenſes, quod *aureum eſt, palis tribus coccineis impreſſum.* De illâ etiam pugnâ Alcoracenſi Zurita alio loco: *Inſignem laudem eo in prælio ſibi peperere præſtantiſſimi Aragoniæ proceres. Gaſto Biellius, à quo Corneliorum familia in primis ampla & præpotens originem duxit, qui in vexillis & militaribus paludamentis, cornicum inſignibus decorari eo cœpere tempore.*

In Indicibus Regũ Aragon.

III.

DE REGIBVS ANGLIÆ.

Pag.45. anno 1159

HEnricus Spelmannus in Aſpilogiâ: RICHARDVS *primus, ad* SACRVM BELLVM *ſe accingens, omnium* PRIMVS *clypeum habet inſignem; ac ſi id decoris, quod in eâ militiâ vſitatius eſſet, propter euitandas populorum confuſiones, apud Anglos non claruiſſet: ſed Leone tum ille ſolitario, & erecto, non gradario. Sigillò autem ſuo, ſiue per naufragium Cyprium, ſiue per captiuitatem Auſtriacam, in alienâ poteſtate conſtituto, nouum curat conficiendum; quod etiam, ne falſarijs*

locus

locus eſſet, à priore diſcreparet. Illic demum, nec antiquius vſquam, TRES LEONES *vidimus; quibus per Ioannem Regem, Henricum Tertium, Edvvardos Primum & Secundum, ad Edvvardum III. traductus, Francici ille Regni clypeum, cuius materno iure heres ſalutatur, Anglico immiſcuit.*

IV.

DE PRINCIPIBVS AVSTRIACIS.

IMperatores, Reges, & Archiduces Auſtriaci ſcutum præferunt coccineum, faſciâ tranſuerſâ candidâ exaratum: Gallicè, *De gueulles, à la faſce d'argent:* cuius auctor fuit LEOPOLDVS Dux Auſtriæ, cognomento Virtuoſus; cui cùm in oppugnatione Ptolemaidis ſuo & hoſtium ſanguine madenti, in ſago militari candido nihil apparuiſſet aliud, quàm quod lato cingulo tegebatur; illud retulit virtutis ac fortitudinis ſymbolum, quod perpetuæ memoriæ conſecrauit. Continuator belli ſacri perſpicuè: *Occupatâ turre quâdam, cùm* AVSTRIVS *in repugnantem hoſtem ſæuiret atrociùs, in mare ſe præcipitem dare coactus eſt, totus ſuffuſus ſanguine,* CINGVLO *tenus dumtaxat, quod* ALBVM CORPVS *interſecabat, ad ſuos ſe recepit: vnde ex euentu* FRIDERICVS (Friderici I. Cæſaris filius, tunc in Oriente ſacræ militiæ Dux) *totius exercitus ſuffragio noua illi Inſignia, rubro & albo coloribus interſtincta, conceſſit.* Petraſancta vocat *Faſciam argenteam in ſcuto conchyliato, quæ honoratiſſima eſt in Germaniâ, Hiſpaniâq; & Belgio Principum Auſtriacorum.*

Cuſpinianus in Auſtriac. Gullimannus l.2.c.2

Lib.2.c.21 n.7. anno 1190.

Pag.95.

V.

DE FRANCORVM DVCIBVS ET MARCHIONIBVS.

SAnmarthani fratres: *Si l'on veut croire Iean le Feron, les Ducs & Marquis de France, predeceſſeurs du Roy* HVGVES CAPET, *comme eſtants, dit il, deſcenduz du Roy* CLOVIS,

Lib.31.c.8

VIS, *portoyent en leurs Armoiries vn Eſcu, dont le champ eſtoit d'or, à l'Aigle de ſinople, couronné, membré & becqué d'argent, à la bordure ſemée* DE FRANCE, *qui eſt d'azur, aux* FLEVRS DE LIS *d'or ſans nombre. Autres diſent (auec auſsi peu de fondement) qu'ils portoyent de gueulles à huit baſtons fleuronnez d'or à la bordure de* FRANCE. *Mais* LES PLVS IVDICIEVX *n'en demeurent d'accord, eſtimants que les Armoiries n'eſtoyent point encore en ce temps là en vſage, ni hereditaires, ou arreſtées aux familles : & qu'elles ne l'ont eſté, que depuis* LES GVERRES *entrepriſes par les Princes Chreſtiens* OVTRE MER *contre les infidelles.*

VI.

DE DVCIBVS BVRGVNDIÆ.

ANtiqui Burgundiæ Duces, à Roberto Rege Hugonis Capeti filio oriundi, *Scutum* geſtarunt *auro & cyano*
An. 1106. *ſexies obliquè faſciatum, margine coccineo.* Gallicè : *D'or & d'azur en bande de ſix pieces, à la bordure de gueulles.* Primus ex illis Hugo Secundus Dux faſcias illas in ſigillo prætulit, de quibus Petrus Franciſcus Chifletius frater meus, in Epi-
Pag. 36. 178. 179. ſtolâ de Beatrice Comitiſsâ Cabilonenſi: *Sex illæ faſciæ, quas eius ſucceſſores poſteà geſtarunt, cùm in nullo deceſſorum eius ſigillo reperiantur, pluſquam veriſimile eſt illarum fuiſſe primum auctorem.* Qui deinde Burgundiæ Dux ſenis faſciis obliquè ductis coccineum marginem primus adiecerit, fateor me neſcire.

VII.

DE BELGICIS PRINCIPIBVS.

Lib. de Nobil. pag. 82. IOannes Hollanderus: *Principes Belgici, paraturi olim in Syriam expeditionem, aſſumpſerunt variorum colorum* LEONES; *quibus ſcilicet Saracenis eſſent formidoloſiores. Flandriæ qui-*

quidem Comites LEONEM ATRVM *in campo aureo: Dux Brabantiæ* LEONEM AVREVM *in atrâ planitie. Hollandiæ Comes* LEONEM RVBEVM *in æquore aureo. Dux Limburgi* LEONEM RVBEVM *in ſcuto argenteo.*

VIII.

DE DVCIBVS BRABANTIÆ.

HEnricus I. Dux Lotharingiæ noſtræ inferioris, & Brabantiæ, S.R.I. Marchio, in Terram ſanctam profecturus anno M. C. LXXXIII. primus LEONEM prætulit in ſcuto; vt ex antiquis ſigillis probat Chriſtophorus Butkens in Trophæis Brabantiæ; vbi affirmat, in Scutis Ducum & Comitum præcedentium nullum inueniri ſignum.

An. 1183. Pag. 199. Probat. pag. 47. & 67.

IX.

DE COMITIBVS FLANDRIÆ.

RObertus Friſo, Flandriæ Comes, anno M.LXXII. primus in ſcuto militari prætulit LEONEM; quo deinde Robertus Iunior, Balduinus Securis, & Carolus Bonus abſtinuerunt: ſed poſteà reſumpſit Theodoricus Alſatius anno M.C.LXI. alijque deinceps omnes Flandriæ Comites geſtarunt in ſcuto.

Vredius in Sigillis. An. 1072. An. 1161.

X.

DE DVCIBVS MEDIOLANI.

PAulus Iouius, & Franciſcus Sanſouinus tradunt, OTHONEM *Mediolani Vicecomitem, inſigni pietate & magnitudine virum, tempore* GODEFRIDI BVLLIONII, *nihil territum* VOLVCIS *Saraceni ferocitate, qui medio in campo ad ſingulare certamen fortiſſimum quemque ex acie Chriſtianâ prouocabat, fuiſſe congreſſum; tandemq́ eum non minori fortitudine quàm felicitate deuiciſſe: deq́ confoſſi hoſtis* GALEA *opimum,*

Lib. de Vicecom. in fam. Italiæ, anno 1096.

mum, plenumq́ immortali gloriâ SPOLIVM *retuliſſe; auritam ſcilicet* VIPERAM, *inexplicatis ſpiris minaciter à cono caſsidis erectam, & puerum paſsis manibus deuorantem: quod vnum auſpicatæ virtutis argumentum, non modò* GENTILITIÆ LAVDIS *geſtamen fuit; ſed & poſteris* ID INSIGNE *audaciter vſurpantibus, & imperia, & opes, & latè gloriam protendit.*

XI. *Exemplum, & vltimum.*

DE SCVTIS NOBILIVM FAMILIARVM.

Lib. 1. cap. 61. pag. 241. PHilippus l'Eſpinoyus, Terüanæ Vicecomes, libro de Nobilitate Flandricâ', poſtquam egit de initiis cognominum in familiis: *Semblablement a ce eſté de l'*ORIGINE *& commencement* DES ARMOIRIES: *car du commencement* An. 1100. 1200. *des premiers ſiecles, juſques à l'an* MILLE CENT, *&* MILLE DEVX CENT, *les hommes en leurs contracts, ou traittés, n'eſtoyent accouſtumez de ſeeller les dits contracts; mais les ſignoyent ſimplement de leurs ſignes manuels, & de leurs noms. Mais du depuis qu'ils ont frequenté* LES GVERRES, *& principalement* CONTRE LES INFIDELES, *affin qu'ils fuſſent mieux recognuz les vns des autres; & principalement de leurs Princes, ou de leurs* HERAVLTS *d'armes, qui eſtoyent commis pour tenir note de la valeur des meilleurs combatants, & plus fideles ſeruiteurs de leurs Princes; il leur fut ordonné de porter en leurs* TARGES, ESCVS, COTTES D'ARMES, *& à la bardure ou couuerte de leurs cheuaux de guerre, des* MARQVES DIFFERENTES *les vnes des autres, par leſquelles ils fuſſent entrecognus des ennemys, & auſsi de leurs compagnons, qui eſtoyent auec eux en quelque battaille, aſſaut de ville, eſcarmouche ou rencontre, tel que ſe preſentoit auec leurs ennemys. Ce qui fut cauſe, qu'aucuns ſe marquoyent de la teſte d'vn homme, fut de longue ou large barbe; les autres de la teſte d'vn jeune homme; autres d'vn Lyon rampant; autres d'vn Lyon paſſant; autres d'vn*

Griffon;

Griffon; autres d'vn Aigle ſimple; autres d'vn Aigle double; autres d'vne Roſe; autres de trois Roſes; autres de Treffles; autres de feüilles de diuerſes ſortes; & ainſi de diuerſes deuiſes & marques, par leſquelles ils eſtoyent cognus; comme plus amplement ſe voit és anciens ſeelz de pluſieurs nobles & diuerſes familles. Les Dames vſoyent ſemblablement de ſeeller, les vnes à cheual, les autres à pied, veſtues de longs habits, ayants en la main droitte VNE FLEVR, *fut de* LYS *ou autre; & en la main, ou ſur le poing gauche, vn Faulcon. Ce que tout ſe void es vieux ſeelz des dittes Dames, & du temps paſſé. Ce que iay ici voulu remonſtrer, affin que chaſcun ſoit informé ce qu'eſt de la premiere inſtitution du* PORT DES ARMES; *comme auſſi du premier commencement des ſurnoms és familles; affin que ne nous abuſions de nous vanter, & faire diſcours de l'ancienneté de noz familles du temps meſmes qu'iceux n'eſtoyent encore cognus ni en practique.*

Qui cum otio examinare volet vetera ſigilla ab Andrea Cheſnæo adducta in Genealogiis, quas luci dedit, Illuſtrium Familiarum; nulla inueniet cum ſcuto ſymbolico, quod ad poſteros tranſierit, ante ſæculum vndecimum vel duodecimum.

CAPVT VIII.

Apud Reges Francorum ſcuta liliata in vſu non fuerunt, niſi poſt Ludouicum Sextum, duodecimi ſæculi incipientis Regem.

De primæ ſtirpis Francorum Regibus Guilielmus Marlotus candidè: *Reuerà* FLORVM LILII *nulla certa vidimus veſtigia ſub primâ Regum lineâ; quidquid coniiciat Dupleix in ſuâ Hiſtoriâ.* Antiqui rerum Francicarum Scriptores nullo pacto Liliorum meminerunt; nempe Gregorius Turonenſis, Fredegarius, Aimoïnus, Eginhartus, Theganus, Nithardus, Rorico, Flodoardus; nulli Annales veteres, Chronica nulla. Negatiuo eodem argumento in re ſimili vſus eſt Plinius, vbi de Amarantho, Cyano, & Elichryſo: *Omnes hi* FLORES *non fuere in vſu Alexandri magni ætate; quoniam proximi à morte eius auctores ſiluêre de illis.* In monetis Regum primæ & ſecundæ ſtirpis, quas edidit Paulus Petauius, Liliorum nulla apparent ſigna: nulla in nummis Regum ex Carolino genere, quos luci dedit Ioannes Bapt. Hautinus. E Belgio noſtro *aduexit in Galliam Peireskius numiſmata Francorum Regum, ex primâ quidem ſtirpe quadraginta aurea, præter varia argentea; & ex ſecundâ, quinquaginta argentea, præter vnum aureum Ludouici Pij; quod æſtimabat maximi, quoniam non modò rariſsimum, ſed etiam parum aberat, quin ſingulare arbitraretur.* Profectò ſi in illis nummis expreſſa fuiſſent Lilia, Peireskius, rerum Francicarum ſtudioſiſſimus indagator, ea celebrare non prætermiſiſſet. At illud omne, quod iam dixi, pro confeſſo habet Triſtanus, vbi ait: FLOS LILII *ſculptus non apparet in* MONETIS *ac* SIGILLIS *Merouingorum & Carlouingorum Regum; ſaltem quod ego viderim.* Fruſtrà ergo quæruntur etiam Lilia in ſigillis Regum ex primo & ſecundo

Lib. 2. c. 4. — Lib. 21. c. 8. — An. 1610. — An. 1619. — Lib. 2. Vitæ anno 1607. — Pag. 25.

ſecundo genere, qui chartas ſuas annulo firmabant, in quo ſculpta erat eorum imago ſola, abſque vllo peculiari ſymbolo. Fauchetus Præſes clarè: *Antiqui Reges diplomata ſua muniebant ſigillo impreſſo in cerâ, vel in auro, quod eorum præferebat effigiem, quam Veteres vocabant* IMAGINEM LVSCAM; *vt omnia penè numiſmata Græcorum & Romanorum expreſſa ſunt.* In aureo annulo Childerici I. Regis ſculpta eſt capillata eius effigies. In ſigillo Chilperici Regis, dimidiata eius imago, cum pileo in capite. Sigillum Dagoberti Regis extat apud Zilleſium, cum aſymbolâ ipſius effigie: apud quem etiam habes Pipini Breuis, Caroli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij Regum ſigilla, quæ ſunt aduerſa dumtaxat, abſque auersâ teſſerâ. Sigilla eiuſmodi Hugonis Capeti & Roberti Regum Dominicus edidit: & Philippus Labbeus adduxit chartam Philippi I. Regis, datam anno M.C.VII. pro Prioratu S. Eligij Pariſienſis; vbi ad finem iſthæc adnotauit: *Seellé de deux grands ſeaux* SVR LE PARCHEMIN *de la lettre, en cire iaune, ſans lacs de ſoye; en l'vn deſquels ſeaux eſt le Roy aſſis, en ſa dignité Royalle; & en l'autre eſt vn Roy à cheual, & à l'entour eſt eſcrit:* PHILIPPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Aliam quoque Ludouici VI. Regis idem Labbeus edidit, datam anno M.C.IX. pro Eccleſiâ Virginis Deiparæ Pariſienſis; ad quam iſthæc adiecit: *Seellé* EN PLACART *du grand ſeel Royal de cire blanche & rougiaſtre, eſpais de deux doigts, ou eſt empreint vn Roy aſſis en ſon lict de iuſtice, auec cet eſcrit:* LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Eodem modo ſigillata eſt eiuſdem Ludouici VI. Regis charta pro Baſilicâ S. Dionyſij, data anno M.C.XX. apud Doubletum, qui verba hæc ſubiunxit: *Auec le ſeel de cire iaune ſain & entier, & l'effigie du Roy empreinte, ſeant en ſon troſne, tenant en la main droitte vn ſceptre, & à la ſeneſtre la main de iuſtice.* Ex quibus manifeſtum eſt, ſæculo duodecimo

Anaſtaſis pag. 96. & 306.

Pag. 10. 11. 13. 14. 15.

Aſſert. pag. 252. In Miſcellaneis pag. 587.

Pag. 605.

Pag. 850.

cimo incunte ſigilla Regum cerea adhuc fuiſſe membranis adfixa & agglutinata, abſque ſymbolo ſcutario, ſeu Liliato, ſeu quouis alio. Vnde Fauchetus verè & explicatè:

Libro de Armis. *Il ne me ſouuient point d'auoir veu marque de* FLEVRS DE LIS, *precedentes* PEPIN; *mais depuis* LOVIS LE GROS *(du temps duquel il ſemble que les Armoiries commencerent à eſtre hereditaires) elles furent plus aſſeurées aux familles, & commencerent de paſſer aux maiſons de pere en fils.* Ad quæ addit

In Hiſt. Valenc. Henricus Doutremannus: *C'eſt à dire, depuis la conqueſte de Ieruſalem par Godefroy: ce qui eſt receu maintenant de la plus part des gens doctes.*

Cap. 15. Sugerius Abbas S. Dionyſij in Vitâ Ludouici Groſſi, hæc adfert Merlini Poëtæ verba de Henrico I. Anglorum Rege, qui ſæculo duodecimo bellum geſſit in Galliâ contra Ludouicum Groſſum Regem: *In diebus eius*, AVRVM *de* LILIO, *& vrticâ extorquebitur.* Quæ Sugerius explicans, ait: AVRVM *ex* LILIO, *quod eſt, ex religioſis boni odoris: & ex vrticâ, quod eſt, ex ſæcularibus pungentibus.* Certè ſi Ludouici Groſſi ætate Lilium iam fuiſſet Regni Francici ſymbolum, illud ad pios religioſi Ordinis Sodales Sugerius non tranſtuliſſet, qui in totâ Groſſi Vitâ Lilium aliàs non nominauit.

An. 1112.

Primus poſt Ludouicum VI. Groſſum regnauit in Franciâ filius eius Ludouicus VII. Iunior dictus, de quo ſic Dauid Blondellus: Primò: *Nullius Regum noſtrorum, ante* LVDOVICI VII. *anno* M. C. XXXVII. *patri ſuffecti tempora,* SIGILLVM LILIATVM *extat.* Secundò: *Ante annum* M. C. XLVI. *quo cruce cum Conrado tertio ſignatus eſt* LVDOVICVS VII. *ſiue* LILIATI, *ſiue teſſerâ aliâ inſignis* SCVTI, *nullus in Regiâ familiâ vſus fuiſſe videtur.* Tertiò: *Sigilla Regum ante* LVDOVICVM VII. *nulla extant, quibus* SCVTVM *ſiue* LILIATVM, *ſiue teſſerâ aliâ inſignitum, inſculptum ſit.* Quartò: LILIVM *Regum noſtrorum ſcutis nullum, ante*

Tomo 1. pag. 514. An. 1137.

An. 1146.

Pag. 346.

LVDO-

Lvdovici VII, *ætatem, impreſſum fuiſſe, nobis ex veteribus ſigillis compertum eſt.* Nemo tamen hactenus, quod ſciam, Ludouici VII. Regis ſigillum liliatum edidit. Petrus de Miraumonte vnicum ſic deſcripſit: *I'ay veu, & leu tiltre en l'Abbaye S.Victor lez Paris, ſeellé d'vn ſeel de cire, tirant ſur le rouge, auquel eſt empreinte d'vn coſté l'image d'vn Roy aſſis, tenant en ſa main dextre vne* flevr de Lis*; & de l'autre, l'effigie d'vn homme à cheual, comme eſtant le dit Roy Duc d'Aquitaine; & à l'entour d'icelluy ſeel, eſtoit eſcrit d'vn coſté:* Lvdovicvs Dei gratia Francorvm Rex: *& de l'autre:* Dvx Aqvitaniæ. Editus eſt Pariſiis Miraumontij liber anno m.dc.x. Contrà Andreas Cheſneus, qui omnia Francorum archiua excuſſerat, ſic ad me ſcripſit anno m. dc. xxix. *Je n'ay iamais remarqué* flevr de Lis *dans les ſeaux des Roys de France deuant Philippe Auguſte.* Et in aliis eiuſdem anni poſterioribus litteris, hæc ad me dedit: *Quant aux* Armoiries, *ie croy que l'on a commencé ſeulement au temps du Roy Philippe Auguſte de les mettre dans* les seavx. *S'il s'en rencontre auparauant où il y en ait, c'eſt fort rarement. Depuis le dit Roy il me ſemble qu'elles ont eſté plus aſſeurées & hereditaires aux familles.* Cheſnei ſententiam firmat Ioannes Baptiſta Hautinus; qui cùm ederet ſigilla Regum Franciæ, incepit à ſigillo Liliato Philippi Auguſti. Idemque præſtitit Oliuarius Vredius. Henricus Spelmannus etiam ſic de Ioanne Tilleto: *Regum ſeriei à Philippo Pulchro ad Carolum Sextum, clypeum ponit ſcaturigine* Liliorvm [ſemé de Fleurs de Lis] *conſignatum; Philippo verò huic, & patri eius Philippo Tertio,* Liliorvm *decadem. Antiquiſſimus, quem profert clypeus, qui eſt Philippi Auguſti, in Regem vncti anno* m.c.lxxx. *(ouatâ ſpecie ad antiquitatis teſtimonium)* Lilivm *tantùm ſingulare habet; quale & ex filio nepotis ſui Diui Ludouici. Quæ varietas vacillantem oſtendit & recentem Inſignium de-*

Lib. de Cancell. fol. 132.

An. 1610.

An. 1629.

Fol. 14.

Tab. 39.

In Aſpilogiâ, pag. 37

ſcriptionem. Sed nec in præcedentium Regum ornamentis clypeus vmquam exprimitur, ne inſignis quidem, ne aſymbolus. Sunt etiam quibus eſt opinio (& noſtra accedit ſententia) LILIORVM *geſtamen à Valeſianis Principibus primò introductum eſſe; Carolinis & Merouinis fuiſſe incognitum.* Per Valeſianos impropriè intelligit Reges ab Hugone Capeto oriundos, ipſo Hugone excluſo; pro quo tamen Villa-

Pag. 29. Lib. 3. Lib. 4. c. 3. nium Triſtanus laudat, Papirij Maſſoni verbis Gallicè redditis, quæ ſunt eiuſmodi: *Villanius, qui Philippo Pulchro Rege vixit, in libro Hiſtoriæ quarto:* HVGO CAPETVS, *inquit, gentileſq́ eius, in campo cyaneo* LILIA AVREA *ſemper habuêre.* Quod æquè verum eſt, atque illud, quod alio loco idem Villanius tradit; nempe, *Hugonis Capeti Regis*

Lib. 5. c. 3 *parentem fuiſſe opulentum Pariſiis ciuem, lanionibus & pecudum venditoribus oriundum.*

Pag. 39. Audiendus hîc rurſum Spelmannus: *Liliorum inſuper antiquitatem ipſa impedit, quam Auctores tribuunt Francorum Regibus, Inſignium varietas. Alijs enim* TRES BVFONES *nigros in ſpatio aureo; alijs* TRES CORONAS *rubras in argenteo clypeo; alijs* TRES MONOIDES, *id eſt creſcentes lunulas; alijs* LEONEM ERECTVM, *Aquilam caudâ ſuſtinentem; alijs* LEONEM *ſine Aquilâ. Quæ ſingula ſingulorum Principum geſtamina fuiſſe videntur, dum Inſignium habitus perſonalis adhuc eſſet, non gentilis, non perpetuus: fortè eodem modo, quo hodie ſolent emblemata: ſicuti Franciſcus I. Rex Francorum Salamandram tulit; Henricus filius eius, creſcentem Lunam; Henricus Rex Angliæ Septimus, Vaccam.* Alio item loco: *Sed nec iis ſæculis inſolita fuit Inſignium variatio, cùm apud priuatos, tum apud ipſos Reges. Crebra habes exempla in Regijs Hiſpanorum clypeis: quin & in ipſis Regum Francorum, alijs* LILIVM VNICVM, *alijs* LILIORVM SCATVRIGINEM, *alijs* TRIADEM *præferentibus: quod & armorum diſciplinam ſub infantiam fuiſſe, non leuiter redarguit.*

Cete-

Ceterùm ad Philippum Auguſtum Regem pertinent
iſta, quæ Sanmarthani fratres: *Principes natu minores Regij* Lib.1.c.11
ſanguinis, qui LILIA *retinuerunt, illa ſolùm geſtarunt poſt*
Philippum Auguſtum, illisq́; differentias, ſeu fracturas adiece-
runt. Quod etiam inſinuat Andreas Cheſneus in Hiſtoriâ Lib.1.c.1.
Drocenſi: & Blondellus ita poſt illos confidenter: *Rober-* Tomo.1. pag.514.
tus Drocarum Comes, Petrus Curtiniaci Dynaſta, Ludoui-
ci VII. Germani: Hugo Magnus Veromanduorum Comes,
eorum propatruus; & Robertus Burgundionum Dux, Hugonis
patruus, SCVTO LILIATO *non vſi ſunt; quia nullum antè viderant.*

CAPVT IX.

Ludouicus Septimus Rex, qui FLORVS *etiam appellabatur,* FLORES *pro teſſerâ primus aſſumpſit, annis abhinc circiter quingentis.*

QVAMVIS certò non conſtet, Ludouicum VII. Regem in ſigillo ſuo geſtaſſe Lilij Florem; non idcircò dubitandum, in regalibus ornamentis primùm inter Reges Lilia vſurpaſſe; quando-
quidem ipſe anno M.C.LXXIX. pro Philippi filij ſui inau- An.1179.
guratione iuſſerit LILIA eius veſtimentis intexi. Hæc ſunt verba regiæ auctoritatis: *Poſtmodum poſitis ſuper altare coronâ Regiâ, gladio in vaginâ incluſo, calcaribus aureis, ſceptro deaurato, & virgâ ad menſuram vnius cubiti vel ampliùs, habente deſuper manum eburneam. Item* CALIGIS *ſericis, & iacinthinis, intextis per totum* LILIIS AVREIS, *& tunicâ* EIVSDEM *coloris &* OPERIS, *in modum tunicalis, quo induuntur Subdiaconi ad Miſſam: necnon &* SOCCO *prorſus* EIVSDEM *coloris &* OPERIS, *qui eſt factus ferè in modum cappæ ſericæ abſque caparone. Quæ omnia Abbas S. Dionyſij in Franciâ de Monaſterio ſuo debet Remis apportare, & ſtans ad altare cuſtodire.* Nullum extat præſcriptum antiquius conſecrando-

Cap. de Conſecrat. Regum. Tomo 1. Cæremon. pag. 3. rum Regum, vbi facta ſit mentio Liliorum: relatum eſt in Acta Cameræ computorum Pariſienſis; vnde Tilletus & Gothofredus exſcripſerunt, & ſic Gallicè verterunt: *Auparauant doiuent auoir eſté miſes ſur l'autel, la couronne Royale, ſon eſpée encloſe dans le fourreau; ſes eſperons d'or; le ſceptre doré; la verge à la meſure d'vne coudée, ou plus, ayant au deſſus vne main d'iuoire: auſſi les chauſſes appellées ſandales, ou botines de ſoye de couleur bleu azuré, ſemées par tout de* FLEVRS DE LIS *d'or: & la tunique ou dalmatique de meſme couleur & œuure, faicte en maniere de chaſuble, de laquelle les Souſdiacres ſont veſtus à la Meſſe. Et auec ce le ſurcot, qui eſt le manteau Royal, totalement de meſme couleur & œuure, fait à peu prés en maniere d'vne chappe ſans chapperon. Toutes leſquelles choſes l'Abbé de S. Denys en France doit de ſon Monaſtere apporter à Rheims, & eſtre à l'Autel pour les garder.*

Verùm, quæ cauſa fuerit cur Ludouicus VII. Rex Lilium pro ſymbolo vſurparit, non ſatis conſtat: hanc attu-
Tomo 1. pag 514. lit Blondellus: *Primus, alluſione ad nomen proprium factâ,* LVDOVICVS VII. *qui* LOIS *vulgò vocabatur,* LILIVM, *quod ex Francici idiomatis vſu* LIS *dicitur, pro Inſigni, eodem iure ſumpſit, quo Hiſpani Legionenſis regni, ab indigenis* LEON *nuncupati,* LEONEM; *Calleci* CALYCEM; *Caſtellenſes* CASTELLVM; *Granatenſes Malum punicum, ſeu* GRANATVM *ſibi vindicarunt.* Frigida eſt ac puerilis Blondelli coniectura. Aliam inſignem ac peridoneam rationem nobis ſubminiſtrat Ordericus Vitalis, Scriptor coætaneus, Monaſterij S. Ebrulfi in Normanniâ alumnus (quem Sanmarthani vo-
Lib. 12. cant *Virum accuratum, & rerum abſtruſarum indagatorem ſe-*
pag. 449. *dulum*) & quidem tribus locis. Primò: *Philippus Rex anno*
Lib 11. an. 1108. *regni ſui* XLVIII. IV. *Kal. Auguſti, mortuus eſt, & in cœnobio S. Benedicti apud* FLORIACVM, *ſicut ipſe optauerat, inter chorum & altare ſepultus eſt. Sequenti autem Dominico* LVDOVICVS TEDBALDVS *filius eius Aurelianis inthroni-*

zatus

zatus eſt, ſceptroq́ Gallorum XXVIII. *annis inter proſpera & aduerſa potitus eſt. Hic Adelaidem, filiam Humberti Principis Intermontium duxit vxorem, quæ peperit ei quatuor filios, Philippum, &* LVDOVICVM FLORVM, *Henricum, & Hugonem.* Secundò, vbi de Ludouico VI. Rege: *Filio ſuo* LVDOVICO FLORO *Regnum Galliæ commiſit, quem ante triennium Regem Remis conſtituerat.* Tertiò: *Ludouicus Rex* LVDOVICVM FLORVM *filium ſuum accerſijt, eumq́ Tedbaldi Palatini Comitis, & Radulphi de Parronâ conſobrini ſui tutelæ commiſit, & cum exercitu Galliæ in Aquitaniam direxit, vt filiam Pictauienſis Ducis vxorem duceret, totumq́ Ducatum, ſicut Guilielmus Dux conſtituerat, ſibi ſubiugaret.* Andreas Cheſneus, Orderici inſiſtens veſtigijs: *Philippe I. du nom, Roy de France, pere de Louys Thibaud, ſurnommé le Gros; qui fut pere de* LOVYS FLORE, *dit le Ieune, pere de Philippe III. ſurnommé l'Auguſte, & le Conquerant.* Lib.13. an.1135. An.1137. Hiſtor. Burgund. lib.3.c.3.

Philippus I. Rex Francorum ex Berthâ Hollandâ tulit Ludouicum VI. cognomento Groſſum; ex Bertradâ Montfortenſi, Philippum & FLORVM. Iſti duo Ebroicenſem munitionem aduerſus Henrici I. Anglorum Regis impetum tuendam ſuſceperunt. Ordericus Vitalis clarè: *Philippus &* FLORVS, *Philippi Regis Francorum filij, & ex Bertradâ ſorore nepotes Amalrici, arcem defenſabant.* Anno deinde M. C. XXIII. contra Regem Ludouicum Groſſum fratrem ſuum rebellauit Philippus, qui Meduntæ Comes erat; cuius maieſtatis rei, & in ipſo contra Regem conflictu debellati, oppreſſa memoria eſt: FLORVM *verò, qui in officio manſit*, ait Blondellus, *hoc ipſo ſibi chariſſimum fuiſſe* LVDOVICVS *Groſſus teſtatus eſt, quòd eius nomine alterum ex filijs (qui poſteà per annos* XLIII. *regnauit)* LVDOVICVM FLORVM *dici voluit.* Lib.12. an.1119. An.1123. Lib. de Formulâ, pag.64.

FLORORVM *Regale Stemma.*

I. PHILIPPVS Primus Francorum Rex.

Ex Berthâ Hollandâ.		Ex Bertradâ Montfortenſi.	
2. LVDOVICVS TETBALDVS Rex, dictus Groſſus,		2. PHILIPPVS Comes Meduntæ, ſine liberis.	2. FLORVS Princeps.
3. PHILIPPVS Rex, Floridus puer.	3. LVDOVICVS FLORVS Rex, dictus Iunior..	3. ISABELLA Nangiaci Domina.	
4. PHILIPPVS AVGVSTVS Rex.		4. Adelheis Domina Veniſiaci, vxor Andreæ de Rameruco.	

Morem illum mediis ſæculis paſſim vſitatum, vt Principes duobus præditi eſſent nominibus, probaui Lumine Genealogico tertio: firmauit Andreas Cheſneus in hiſtoriâ Vergiacenſi, necnon etiam in Drocenſi, adducto vtrobique LVDOVICI FLORI Regis exemplo.

Meâ certè ſententiâ LVDOVICVS ille VII. Iunior dictus, eo quòd FLORVS etiam nominaretur, LILII FLORES pro teſſerâ primus aſſumpſit, & ad Philippum Auguſtum filium ſuum tranſmiſit; à quo deinde geſtarunt in ſcuto ceteri Reges. Teulfus auctor Mauriniacenſis Chronici alluſit ad Flori nomen & ad flores, vbi ſic de Ludouico VII. Lib.3. Rege: *Hunc, vt ita dicam, ſapiens ille artifex inter alios coætaneos ſuos, quaſi* FLOSCVLVM *redolentiorem protulerat, qui futuri in ſe valoris in ipſâ primæ ætatis teneritudine, iam manifeſtè indolem præferebat.* Alluſit Alexander PP. Tertius, cùm An.1164. anno M.C.LXIV. Dominica, quâ cantatur *Lætare Hieruſalem*, Ludouico VII. Regi Lutetiæ agenti Roſam auream miſit, quam in Epiſtolâ ad Ludouicum Regem aliquoties vocat FLOREM AVREVM, nuſquam *Roſam auream*: alluſione proculdubiò ad FLORI nomen, & ad LILII FLORES, quos

Hugo Victorinus in Hiſt. Vizeliacenſi. Picardus in Notis ad Neubrig. lib.4.c.4.

quos ſuis ipſe oculis auro fulgentes videbat, qui tunc in Galliâ verſabatur.

In Epitaphio Ludouici Flori Regis, apud Cheſneum legitur, Eccleſiam eo regnante floruiſſe. Appono verba:

Tranſit in heredem PIVS *ille prior* LVDOVICVS, Tomo 4. pag. 144.
Nomine, ſede, fide, nec pietate minùs.
Seruula, triſtis, inops aliquo ſub Rege; ſub iſto
FLORVIT ECCLESIA, *libera, læta, potens.*

Quidni etiam Ludouicus Florus, ſuaſu Hugonis de CAMPO FLORIDO, Epiſcopi Sueſſionenſis, & diu Cancellarij ſui, FLORES pro Symbolo vſurparit? Quidni conſilio Suggerij Abbatis Dionyſiani, qui intimus & familiaris ipſi erat? De iſthoc enim ita Guilielmus ſancti Dionyſij monachus: *Ex eo tempore, quo primùm Regni adhibitus eſt negotijs, vſque ad vitæ illius terminum, conſtat* REGNVM *ſemper* FLORVISSE, *& in melius atque amplius, dilatatis terminis, & hoſtibus profligatis, fuiſſe prouectum.* Ludouici Flori Regis tempore, FLOREBAT *Theobaldus Comes Campaniæ:* FLOREBAT *Guilielmus Comes Niuernenſis:* FLOREBAT *Gallicana Eccleſia per viros religione & ſapientiâ illuſtres:* FLOREBAT *Petrus Tarentaſienſis Epiſcopus:* FLOREBAT *magiſter Petrus Comeſtor, primus Pariſienſium magiſtrorum:* FLOREBAT *denique Mauritius Pariſienſis Epiſcopus.* Verba ſunt Vincentij Bellouacenſis.

(In Vitâ Sugerij lib. 1. c. 1.)

(An. 1137. 1139. 1148. 1173. 1177.)

Quia ergo re & nomine omnia florebant in Franciâ tempore Ludouici Flori Regis, non eſt mirum, ab illo Flores pro teſſerâ Regali vſurpatos. Sic apud Argotum de Molinâ: *Los del appellido de* FLORES, *que en el reyno de Iaen han ſido principales Caualleros, traen por Armas cinco* FLORES DE LIS *de oro, en campo azul.* Lib. 2. cap. 100.

Si retrò aſcendamus ad Romana ſæcula, præſtò erunt Auguſti numiſmata duo argentea, quæ ſic edidit Fuluius Vrſinus; In Fam. Aquilliâ.



Lib. 6. pag. 93. De illis Marcus Velſerus in rebus Auguſtanis: *Rectè illud eſt, imponi eorum ſymbola, qui nummos ſignarunt. Ad manum exemplum* L. AQVILLII FLORI. *Is, quò cognominis originem oſtenderet, aut ad illud, vt ſit, alluderet, quibuſdam nummis* FLOREM *benè* MAGNVM *impreſſit: vni, cuius hæc eſt inſcriptio:* CÆSAR AVGVSTVS S. C. *& parte alterâ,* L. AQVILLIVS FLORVS III VIR, *quadrigam triumphalem impreſſit, & quadrigæ* FLOSCVLVM *impoſuit.* Ludouicus Cerda in Virgilium: Eclogâ 3. v. 106. FLORES *notant ipſum Triumuirum, qui dictus* FLORVS. *Voluit enim in imagine Cæſaris ſeipſum commendare, addito ſuo nomine, &* FLORIBVS *ſui nominis.* At ne quis exiſtimet illos fuiſſe fictos, & ſine nomine flores; in priori nummo CYANVS eſt, de quo Plinius eleganter: Lib. 21. cap. 8. *In nomine & Cyani colos.* Flos nummi alterius, IRIS eſt, item cærulea, quæ coloratum cæli mendacium verâ colorum ſpecie ſuperat, idemque ſibi iure nomen adſciſcit.

Occurrit præterea Florus alter, qui nomen ſuum floribus oſtendit: ſcalptus eſt in annulari magnete, vbi dextrâ

floreum



floreum ramulum, ſiniſtrâ ſirpiculam tenet; cum adſcripto nomine FLORVS. Hunc exiſtimo Florum eſſe, qui (apud Spartianum) cùm Hadriano Imp. verſus miſiſſet, ipſi quoque Cæſar verſibus reſpondit. Ille autem non Poëta modò, ſed & florum amator, & hortorum cultor erat, cuius iſthæc carmina ex codice ſcripto Salmaſius reliquit: In Hadriano.

Venerunt aliquando ROSÆ: *proh veris amœni* In Notis ad Spartianum.
Ingenium! vna dies oſtendit SPICVLA FLORVM:
Altera PYRAMIDES *nodo maiore tumentes:*
Tertia iam CALATHOS: *totum lux quarta peregit*
FLORIS OPVS: *pereunt hodie, niſi manè legantur.*

Alios eiuſdem Flori verſus ex Pithœo habemus, qui *Floridi* illos edidit nomine, non Flori:

Quando ponebam nouellas arbores mali & pyri, Lib. 4. Epigram.
Cortice ſummo notaui nomen ardoris mei:
Nulla fit exinde finis vel quies cupidinis:
Creſcit arbor, gliſcit ardor, ramus implet litteras.

Floridi alterius pueri vetus hoc Epitaphium Pithœus adfert:

Quòd vixi FLOS *eſt, ſeruat lapis hoc mihi* NOMEN: Lib. 5.
Nolo DEOS MANES; FLOS *ſatis eſt titulo.*

Verum enimuerò, vt reuertamur vnde digreſſi ſumus, Ludouico Sexto Regi, (qui *ob corporeæ grauitatis molem* Craſ- Sugerius in eius Vitâ, pag. 314. 319.

ſus eſt cognominatus) ex Adelâ Sabaudâ nati ſunt duo filij Reges; PHILIPPVS nempe, qui elogio FLOS & FLORI-
Pag. 318. DVS eſt nuncupatus. Sugerius in parentis Vitâ: *Regis* LVDOVICI *filius*, FLORIDVS *&* *amœnus* PVER PHILIPPVS.
Pag. 377. Teulfus Abbas in Chronico Mauriniacenſi: PHILIPPVS *Rex, & Regis filius*, AMOENISSIMVS *puerorum* FLOS. Continuator
Lib. 5. c. 52 Aimoïni: *Philippus*, FLORIDVS *&* *amœnus puer, qui cùm die quâdam per ciuitatis Pariſienſis ſuburbium equitaret, obuio porco diabolico, equus grauiſſimè cecidit, ſeſſoremq́; ſuum nobiliſſimũ puerum ſilice conſternatum, mole ponderis ſui conculcatum contriuit.*

Alter Groſſi filius Rex, fuit LVDOVICVS, qui altero nomine, vt iam dictum, FLORVS eſt appellatus, fortaſſis propter venuſtam formæ rationem: Sugerius enim, teſtis præ-
Pag. 319. ſens, illum vocat *Pulcherrimum puerum.* Iſte fuit ſine dubio, qui flores pro Symbolo primus aſſumpſit: conſtat enim ante illum à nullo Rege fuiſſe vſurpatos; ac poſt illum omnes alios Francorum Reges in ſcuto flores prætuliſſe. Filius eius
An. 1180. Philippus Auguſtus à Meyero dictus eſt *Florentiſſimus adoleſcens*; quo viuente ac florente, Francia *Florens* dicta eſt.
Apud Albericum, an. 1190. Guido Baſochius de ſeipſo in Terram ſanctã proficiſcente: *Nos igitur* FLORENTI FRANCIÆ *vale dicto, Burgundiam ingreſſi, poſt Rhodani ſuperbiam, præcipitis impetum Iſaræ, litigioſi Druentiæ minas, poſt aſpera denique Burgundiæ iuga, poſt ſaxea clauſtra Prouinciæ, tandem attigimus vrbem Maſſiliam.* Epitaphium Iſabellæ Nauarrorum Reginæ, filiæ S. Ludouici Regis:

An. 1271. *Nomen ſi quæris, fuit* ISABELLA *vocata,*
Regalis generis FLOS, *gloria, laus celebrata.*

Philippus Pulcher nummos cudi iuſſit cum figurâ agni, quos FLORENOS vocauit; quem deinde imitatus eſt Rex
Vol. 1. cap. 154. An. 1354. Ioannes, de quo Froiſſartus: *Le meſme moys* [de Feburier] *le Roy de France fit faire* FLORINS *de fin or, appellez* FLORINS A L'AIGNEL, *pource que en la pile auoit vn Aignel; & eſtoyent de cinquante deux au marc. Et lors qu'ils furent faits, le Roy en don-*

donnoit quarante huit pour vn marc de fin or, & defendit le cours de tous autres FLORINS. Alio item loco: *Robin Leſcot alla gaigner le fort chaſtel de Rouſſy; & ſi rançonna le Comte, ſa femme, & ſa fille, à la ſomme de douze mille* FLORINS *d'or au* MOVTON. Monſtreletus denique: *Auſſi fut ordoné à Paris par le Conſeil Royal, que les* FLORETTES, *qui auoyent cours pour quatre deniers, ſeroyent remiſes à deux.* Florenorum auerſæ facies agno ſignatæ erant; aduerſæ, Liliatâ cruce; vnde illis nomen; à quibus etiam Liliis nummi florales exigui, vocati ſunt LILIARDI, vulgò *liards.*

Cap. 191. An. 1359.

Vol. 1. c. 250. An. 1421.

Mariam Lotharingam, abhinc annis centum Scotorum Reginam, Feronus ait, *cum matre ſuâ Antoniâ Borboniâ inter nobiles* FRANCIÆ FLOSCVLOS *fuiſſe educatam.* Hoc eſt, inter Lilia, & regias proles. Chriſtophorus Thuanus ad Ludouicum XIII. tunc Delphinum:

In Symbolo Armor.

In Lilio.

Si canimus FLORES, FLORES *ſunt Principe digni.*

Abelius Sanmarthanus ad parentem, & patruum, qui Francorum Hiſtoriam luci dabant:

An. 1628.

Dum Francûm illuſtres ortus, & ſtemmata Regum,
Omneſq; ex tantâ FLORENTES *arbore* RAMOS
Panditis, & decora, & cæleſtis præconia famæ.

Illi certè omnes Francorum Flores, Valeſij, Borbonij à Regum progenitore, & auctore primo Symbolicorum Florum, LVDOVICO FLORO REGE.

CAPVT X.

Sub Philippo Auguſto Rege Francia Lilijs floruit. Exinde Reges LILIA *dicti; & Franci,* LILIATI. *Incertus diu fuit Liliorum numerus.*

VIDIMVS ſuperiori capite Philippum Auguſtum, dum Remis inaugurararetur, Ludouici Flori parentis iuſſu, tunicâ, caligis & chlamyde Liliatum.

Tunc pater eius erat annorum ſeptuaginta, Britto l. 1.
Ad Dominum qui mox anno migrauit eodem;

Ipſeq́; quindenum vix dimidiauerat annum,
Tantùm PRIMÆVO *pubeſcens* FLORE, *duobus*
Menſibus adiectis, ſeptem geminauerat annos.

Cùm autem parenti in Regno ſucceſſiſſet Philippus, ſigillum vtrimque Liliatum primus vſurpauit, hac formâ.



Lilij florem à Philippo ſumptum non equidem dubito ob Flori parentis iuſſionem: ſed & ipſe quoque ad id induci potuit, Lilij fluuio ſuæ ditioni adiecto. Chronicon MS. ex archiuo S. Dionyſij prope Pariſios: *Anno* M. C. LXXX. *die* An. 1180. *Aſcenſionis Domini, Rex* PHILIPPVS *vxorem duxit* ISABELLAM, *filiam Comitis Hannoniæ* BALDVINI, *neptemq́ue Comitis Flandriæ Philippi de ſorore; & cum eâ, prout tractatum fuerat, recepit Atrebatum, cum omni terrâ, quæ fuerat Comitis circa* FLVVIVM DV LYS. Doublet. lib. 4. c. 9. pag. 1232. Rogerus Houedenus: *Poſt Paſcha verò* PHILIPPVS *Rex Franciæ duxit in vxorem filiam Comitis de Hannoniâ, neptem Philippi Comitis Flandriæ, filiam ſororis ſuæ: cui idem Comes Flandriæ dedit in maritagio, cum nepte ſuâ, totam terram de Vermandois, vſque ad* AQVAM DE LIS. Fluuius ille Francis LE LIS, Flandris dicitur **De Leye**/ quod eſt *Conductus aquæ.* In chartis ſæculi duodecimi conſtanter vocatur *Legia*; ſequiori æuo, *Liſa.* Oritur in Comitatu S. Pauli, iuxta templum Liſburgi vici, vnde Teruanam nunc dirutam, deinde Ariam, Stegram, Armenteriam, Cominium, Virouiacum, Curteriacum, Harlebecam, Deinſam, aliaque Flandriæ municipia piſculento affluxu beat; tandemque Gandaui intra Scaldim nomen ſuum deponit.

Ex illis autem *Philippi Regis, & Iſabellæ Hannoniæ nuptijs*, (Meyeri verba ſunt) *grauiſſimum Flandria accepit vul-* An. 1079. *nus: quippe victus Philippus Comes aſſiduis precibus atque aſſentationibus Regis, omnem* OCCIDENTALEM FLANDRIAM *trans foſſam nouam, iſti Iſabellæ nepti ſuæ dotem dixit; magnum ac pernicioſum inter Francos & Flandros diſcordiæ ac ſimultatis ſeminarium, rixarum ac bellorum multorum materiam, variarum cladium atque calamitatum initium.* Verùm *Arteſia, olim Flandriæ pars,* (verba ſunt Oliuarij Vredij) In Sigillis Comit. Flandriæ, pag. 61. *quam anno* M.C.LXXX. PHILIPPVS ELSATIVS *nepti ſuæ Eliſabethæ Balduini Montenſis, & Margaretæ Elſatiæ filiæ, nu-* An. 1180.

 benti

benti PHILIPPO AVGVSTO, *poſteà Francorum Regi, in dotem dederat, nunc iterùm ad Flandriam redit: videlicet per* ROBERTVM II. *Arteſiæ Comitem, Philippi Auguſti pronepotem; cuius filia, eademq; defuncto fratre ſuo, heres* MACHTILDIS, *vxor data fuerat* OTHONI IV. *Comiti Burgundiæ Palatino, & Domino Salinarum. Horum filia atque heres* IOANNA, *vxor* PHILIPPI *Longi Regis Francorum, peperit* IOANNAM, *nuptam* ODONI IV. *Burgundiæ Duci, fratri* IOANNÆ *vxoris* PHILIPPI *Valeſij; &* MARGARETAM *Ludouico Creſſiacenſi. Ex Odone autem & Ioannâ natus* PHILIPPVS, *Dux Burgundiæ per patrem; per matrem verò, Burgundiæ & Arteſiæ Comes, Palatinus, & Dominus Salinarum: qui ex* IOANNA *Aruerniæ & Boloniæ Comitiſſâ genuit* PHILIPPVM, *vnicum dictarum prouinciarum heredem, primùm* MARGARETÆ *Maleanæ maritum; cui, in ætate vixdum pubere, defuncto ſucceſſit in Ducatum quidem Burgundiæ* IOANNES *Franciæ Rex Valeſius, causâ matris Ioannæ Burgundæ, Odonis ſororis; in Comitatum verò Burgundiæ, Arteſiæ, Palatinatum ac Dominium Salinarum,* MARGARETA, *Creſſiacenſis vxor, mater Maleani; cuius ex aſſe heres* MARGARETA, *nupta* PHILIPPO, *ſupradicti Ioannis Valeſij Fran-*
An. 1363. *corum Regis filio, qui anno* M. CCC. LXIII. *Burgundiæ Ducatu à patre eſt donatus.* Eo itaque modo & Arteſienſis ager, & fluuius à LILIO denominatus, ad Burgundiæ Duces iure ſanguinis rediit, ac deinde ad Auſtriacos Reges & Imperatores.

Intereà in Regno Franciæ pictis Liliis omnia fulgebant. Rigordus de pugnâ Bouinenſi ſub Philippo Auguſto Re-
An. 1215. ge: *Accurrunt quantocyùs ad aciem Regis, vbi videbant* SIGNVM REGALE, *quod eſt* VEXILLVM FLORIBVS LILII *diſtinctum.* Abbatia feminarum Ordinis Ciſtercienſis, dicta LILIVM, fundata eſt à BLANCA, matre S. Ludouici, quæ in nummis aureis liliata tota apparet.

Iacobus Meyerus ſub Philippo Pulchro Rege: *Graui tota Flandria laborauit diſcordiâ, alioqui Gallis vix vincibilis. Factiones erant duæ: alij Comitem, alij Regem ſectabantur. Qui Regi fauebant*, LILIATI *ab alijs appellabantur.* Tum poſt nonnulla: *Diſsipata eſt tota acies, & mox in fugam ſe coniecit, vt primùm conſpexit* LILIATORVM *proditionem.* Meyerus idem poſt elapſum triennium: *Bona pars* LILIATI *erant, hoc eſt Gallorum fautores; id enim nominis habebant.* An. 1297. An. 1300.

Dantes Aligerius, de impetu, iuſſione Philippi Pulchri Regis, in Bonifacium VIII. Papam facto: In Purgat. Canto. 20. An. 1303.

Veggio in Alagna intrar lo FIOR DA LISO,
Et nel Vicario ſuo, CHRISTO *eſſer* CATTO.

Quæ ſic Latinè vertit Maſſonus: *Video* LILIVM *Anagniam introferri*, CHRISTIQVE *Vicarium capi.* Vexillum erat Regale Lilij flore inſignitum. Lib. 3.

Meyerus de Philippo eodem Pulchro: *Saluti Regis erat, quòd ab hoſtibus, qui eum ante omnes cupiebant occidere, non agnoſceretur; quodq́; illi paludamentum, imaginibus* LILIORVM *conſperſum, familiares detraxerant, ne cognoſceretur.* Firmat Maſſonus hiſce verbis: *Rex abſque ferreo thorace pedes erat; idq́; ei ſaluti fuit: nam ſi trabeatum &* LILIIS *conſperſum reperiſſent, apparebat à furioſis & deſperatis hominibus occiſum iri.* An. 1304. Lib. 3.

Villelmus Nangius in Geſtis S. Ludouici Regis: *Conſueuerunt Reges in ſuis* ARMIS *&* VEXILLIS FLOREM LILII *depictum cum* TRIBVS FOLIIS *comportare.* Obiit Nangius ſub Philippo Pulchro Rege, anno M. CCC. I. quo Capetinæ ſtirpis Reges iam ab annis pluſquam centum Liliis vtebantur. An. 1301.

In Hiſtoriâ Bertrandi Gueſalini legitur de Petro Caſtellæ Rege: *Il eſtoit ſi orgueilleux, & tant ſe priſoit, qu'il ſe tenoit pour le greigneur de la Chreſtienté; ne il ne donnoit du Roy de France, ne des* FLEVRS DE LIS, *vallant vn denier.* Cap. 23. an. 1370.

Auctor

Auctor Chronici, quod ſubnexum eſt Hiſtoriæ Caro-
An.1430. li VI. Regis, à Iuuenale Vrſino ſcriptæ, *Puellam Aurelianenſem* vocat IOANNAM DE LILIO: propterea quòd *armis fulgens*, ait Maſſonus, *ſignum militare tulit candidi coloris, in quo ſpectabatur Chriſti imago*, LILIVM *manu geſtantis; atque intrepidè ſpectantibus hoſtium copijs, vrbem ingreſſa eſt.* Signum illud Caroli VII. Regis proprium erat, *qui*
Lib.6. Comm. (ipſo teſtante Pio II. Pontifice maximo) *Remenſem ciuitatem ingreſſus eſt, præcedente in armis, &* REGIVM VEXILLVM *geſtante puellâ.*

Lib.3. an.1459. Bailiuius Rothomagenſis, Caroli VII. Francorum Regis Legatus, in Concilio Mantuano, *Francos* appellauit *Liliatos.* Hæc de illo ſunt Pij II. Pont. verba: *Facto ſilentio*, FRANCORVM, *quos appellauit* LILIATOS, *egregia pro religione facinora, & quæ in Apoſtolicam Sedem beneficia contuliſſent, longâ oratione narrauit.* Deinde poſt pauca: *Iniuriam paſſos eſſe à Pontifice Francos;* PIVM, *nobiliſſimo* LILIATORVM *ſpreto ſanguine, prætuliſſe Aragonenſes.* Per Liliatos intelligebat Bailiuius Andegauiæ ſtirpis Principes, qui Siciliæ Regnum anteà obtinuerant.

An.1505. Cùm Ludouicus XII. Rex initio veris anni M.D.V. in grauem ac periculoſum morbũ incidiſſet, præcepit, vt in Cap-
Belcarius l.10.n.16. pellâ ſuâ ad Euchariſtiæ eleuationẽ cantaretur Antiphona:

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cæli pandis oſtium,
Bella premunt hoſtilia:
Da robur, SERVA LILIVM.

Lib.1.c.55 Teſtatur Peyratius, ſæculi noſtri Scriptor, ſuo adhuc tempore cantari ſolitum in multis Campaniæ Eccleſijs:

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cæli pandis oſtium,
In te confidit FRANCIA:
Da robur, SERVA LILIVM.

Pruden-

Prudentius Sandouallius, de Carolo V. Imperatore: Lib.14.§.7
A Iuan DE VRBIETA, *que rindió al Rey de Francia* [Fran- An.1526.
ciſco Primero] *dió el habito de ſant Iago; y por armas en campo verde, primero, vn* MEDIO CAVALLO BLANCO, *en el pecho* VNA FLOR DE LIS CORONADA, *y enfrenado, y las riendas caïdas por el cuello: en el ſegundo, vn braço armado, con vn eſtoque quebrado: y debaxo, aguas marinas, en memoria del rio Teſin.* Cauſas illius ſcutarij emblematis alio loco refert idem Auctor, vbi de Rege ad Ticinum capto: *Tomó el* Lib.12. §.31.
camino de la puente del Teſin, quando VN ARCABVZERO *le* An.1526.
mató al cauallo: y yendo à caer con el, llegó vn hombre de armas de la compañia de Don Diego de Mendoza, llamado IOANNES DE VRBIETA, *baſcongado, natural de Hernani en Guipuſcoa: y como le vió tan ſeñalado, fue ſobre el en tiempo que el cauallo cayó; y poniendole vn eſtoque al coſtado, por las eſcotaduras de las armas, le dixó que ſe rindieſſe. El Rey, viendo el peligro de muerte, dixó: La vida; que yo ſoy el Rey. El Guipuſcuano lo entendió, aunque era dicho en Francés: y diziendo que ſe rindieſſe; le dixó: Yo me rindo al Emperador.*

Florem Lilij coronatum Equi Regalis pectori Cæſar adiecit, vt palàm conſtaret, LILIVM FRANCICVM ab Vrbietâ captum, hoc eſt Regem. Extat enim apud Ferreolum Locrium, de illâ Ticinenſi victoriâ, iſtud chronographicon vetus: In Chronico.

AQVILA CONCVLCAVIT LILIVM.

anno nempe M.D.XXIV. ante Paſcha.

Ioannem illum de Vrbieta Hiſtorici paſſim prædicant: ſed catapultarij, qui Regis equum occidit, nemo, quòd ſciam, meminit. Fuit ille LVDOVICVS MEREY Burgundio Sequanus, ex vico *Fraiſan* dicto oriundus, Veſontionem inter ac Dolam, ad fluuium Dubim; cui Carolus V. idcircò Nobilitatis prærogatiuam conceſſit diplomate; quod autographum in membranâ vidi & legi ante annos xxx.

K mihi

mihi oſtenſum à Nicolao Merey I. V. D. Fraiſanenſi, qui deinde hîc in Belgio malignâ febre correptus, fato functus eſt. Sic autem litteris illis patentibus Ludouicum Merey Cæſar alloquitur: *Teſtatur Ticinenſis conflictus, vbi* GALLIÆ REX *in Ducum noſtrorum poteſtatem deuênit, cum magnâ ſuorum clade, & non abſque ope tuâ, qui ipſius* REGIS EQVO *tale vulnus intuliſti, vt militibus noſtris* CAPIENDI REGIS *occaſionem præbuiſſe videaris.* Hæc verò ſunt armorum Inſignia, quæ Ludouico Cæſar concedit: *Scutum, per cuius cæleſtini coloris aream, ſeu campum, ab angulo dextro ſuperiori ad ſiniſtrum inferiorem* ARGENTEVS FLVVIVS *tres vndas continens tranſit: in ipſoq́ fluuio ſit natiui coloris* SERPENS, *ad ſuperiorem ſcuti partem tendens: &* TRES GLOBOS ALBOS, *ſiue argenteos in triangulum ordinatos; in inferiori* TRES ALIOS, *vt in ſuperiori eiuſdem ſcuti parte collocauimus. Supra ſcutum* GALEA *communis clauſa, tanijs, ſeu lacinijs argenteis vel albis, & cæleſtini, ſeu azurei coloris redimita. Et in cono galeæ, è regiâ coronâ aureâ,* CAPVT EQVI *ſubnigri, aut ſabuli coloris,* VVLNVS IN COLLO *habens, & ore* SERPENTEM *natiui coloris euomens ponitur; quemadmodum hæc in medio præſentium aptiùs depicta cernuntur*, &c. *Datum in ciuitate nostra Toleti, die decimo octauo Februarij, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto, Regnorum noſtrorum, Romani ſeptimo, aliorum verò omnium vndecimo.*

Fluuius obliquè impreſſus ſcuto, Ticinus eſt, [*le Teſin*] ad quem parta Cæſari victoria. Globi albi, ſphærulas plumbeas deſignant, quibus Mereyus Regis equum læſit in ceruice. Serpens Ducatus Mediolanenſis Inſigne eſt.

Conſtat porrò ex adductis monumentis, Regem Franciſcum, in pugnâ Ticinenſi, geminos apud ſe equos habuiſſe; vnum bellatorem ſubnigrum, quem Mereyus catapultâ poſtrauit; aliumque album leuis armaturæ, regiè & ſumptuo-

ſumptuosè inſtructum, quem Vrbieta ſibi prædam comparauit, cùm ad deditionem coëgit ipſum Regem; qui deinde traditus Carolo Lannoyo Proregi Neapolitano, captiuus in Hiſpaniam ductus eſt.

De reliquo, quod attinet ad numerum Liliorum; varius apparet in contraſigillis Regum. Philippus Auguſtus *vnicum florem* geſtauit in ouali parmâ; quem imitatus eſt S. Ludouicus Rex. Ludouicus autem VIII. in ouali ſcuto *Lilia ſine numero* geſtauit corculo impreſſa: ſignum incerti numeri ſunt dimidiata, ac velut ſecta ad ſcuti oras Lilia. Ludouici VIII. exemplum ſecuti ſunt in ſigillis Philippus III. Philippus V. Carolus IV. & Philippus VI. *Denarius Liliorum numerus* Philippo Pulchro Regi IV. placuit, in ſcuto ſic diſpoſitus 4. 3. 2. 1. Quo conſilio id fecerit, difficile eſt iudicare; niſi dicamus, illum perfectionis rationem habuiſſe, quòd omnes numeros complectatur decas. Eiuſdem etiam numeri ſcutum geſtauit Ioannes Rex, apud Oliuarium Vredium.

Hautinus pag. 14. & 21.

Pag. 27. 55 58. 65.

Pag. 53.

In Geneal. Flandriæ pag. 43.

De ternario Liliorum numero Triſtanus ait, me in errorem cum multis aliis incidiſſe, dum ſcripſi, Carolum VI. Regem Lilij flores ad ternarium numerum reduxiſſe. Non egi antehac de Lilijs ex inſtituto: communem Francorum ſententiam ſecutus ſum; quæ fuit Tillij vtriuſque, Belleforeſtij, Maſſoni, Sanmarthanorum, Dupleixij, & aliorum. Philippus Labbeus omnium poſtremus: *Les fleurs de Lys du commencement eſtoyent ſans nombre, puis reduites au nombre de trois, ſoub le regne de Charles VI.* Tilletus, Meldenſis Epiſcopus, in Carolo VI. diſertè: *Hic Rex* TRES *tantùm* LILIORVM FLORES *pro Inſignibus Regum Franciæ geſtare inſtituit.* Etſi enim Philippus III. & Carolus V. Reges numero ternario Lilia interdum in monetis vſurparint; ille numerus à ſequentibus Regibus non fuit perpetuò obſeruatus; ſed poſt Carolum VI. dumtaxat, qui idcircò

Pag. 73.

Blaſon Royal. p. 3

An. 1381.

rectè dicitur Lilia ad ternarium numerum reduxiſſe: etſi oſtendi poſſit, illud non contigiſſe anno M. CCC. LXXXI. vt annotauit Tilletus; cùm extet etiamnum Ipris eius Regis diploma, datum Pariſijs die XVII. Decembris anno gra-
An.1398. tiæ M. CCC. XCVIII. Regni eius XVIII. ſubſcriptum *Ferron*, cum ſigillo ſecreto, in quo Liliis abſque numero ſcutum eius eſt diſperſum. Illo Diplomate indulget Carolus VI. Victori de Lichteruelde, nobili Flandro, vt geſtare poſſit ſuum ordinem, & torquem de ſiliquis Geniſtæ, ſine reprehenſione. Reduxerit ergo Lilia Carolus VI. ad numerum ternarium poſt annum M. CCC. XCVIII. & qui eum ſecuti ſunt Reges ad noſtra vſque tempora, ſtatuti ab eo numeri obſeruatores tenaciſſimi fuerunt: quamuis in cycladibus Principum feminarum varius poſtmodum fuerit Liliorum
Tomo 1. Cærem. pag.593. an.1610. numerus. Theodorus Gothofredus: *La Reyne Marie de Medicis auoit à ſon ſacre vn manteau de* FLEVRS DE LIS SANS NOMBRE, *comme purement Royal, & n'appartenant qu'à ſa Maieſté. Madame, & la Reyne Marguerite, eurent chacune* DEVX BANDES DE FLEVRS DE LIS *toutes pures ſur les bords des leurs. Les Princeſſes du ſang en demanderent auſſi, pour faire diſtinction de leurs manteaux à ceux des autres Princeſſes.* Alio item loco, vbi agit de Baptiſmo Annæ Ma-
Tomo 2. pag.205. an.1636. riæ, filiæ Gaſtonis Aureliani Ducis: *La chambre de parade, où ſera Madamoiſelle, doit eſtre extremement ornée de fort belles tapiſſeries; d'vne plate forme, ſur laquelle ſera le lict des plus riches qu'on aye; accompagné du dais, & d'vne table au dehors de la plate forme, pour poſer ce qui eſt neceſſaire pour Madamoiſelle. Le manteau doublé d'hermines doit eſtre eſtendu ſur le pied du lict: & pour ſcauoir la quantité des* FLEVRS DE LIS *qu'il y aura deſſus, cela depend du Roy. Au ſacre de la Reyne Mere du Roy, Meſdames filles de France en auoyent* QVATRE: *& pour les Princeſſes, le Roy ne voulut pas qu'elles en euſſent: ce qui fut cauſe, que Madame la Comteſſe de Soiſſons ne s'y voulut trouuer.*

CAPVT

CAPVT XI.

Liliorum in Regiam Domum Burgundicam, & inde in Auſtriacam Auguſtam tranſitus. Ordines Militares vltimorum è ſtirpe Francicâ Burgundiæ Ducum.

CLAVDIVS Fauchetus Præſes: *Depuis que les Ducs de Bourgongne virent les Armoiries de France arreſtées, affin de monſtrer qu'ils eſtoyent du ſang Royal, ils eſcartelerent de France leurs premieres deuiſes.* Lib. de Armis. Vnde Philippus Audax Dux Burgundiæ, Ioannis Francorum Regis filius, in ſcuto militari primus Ducum noſtrorum LILIA geſtauit. Quadripartiti eius ſcuti primus & quartus quadrans cæruleus erat, LILIIS AVREIS ſparſus, limbo circumducto ex argento & cyano angularibus compoſito: ſecundus & tertius, ſexies auro & cyano dextroſum obliquè faſciatus, margine coccineo. Gallicè: *Portoit eſcartelé: Au I. & IV. d'azur, ſemé de* FLEVRS DE LYS *d'or à la bordure, componée & cantonnée d'argent & de gueulles. Au II. & III. d'or & d'azur en bande de ſix pieces, à la bordure de gueulles.* Primum & quartum quadrantem Liliatum, Feciales *Nouam Burgundiam* vocarunt: ſecundum & tertium, *Burgundiam antiquam*; quia geſtamen erat antiquorum Burgundiæ Ducum, qui à Roberto Duce, Roberti Regis filio oriundi, Liliis Francicis numquam vſi ſunt.

Audacis Philippi Ducis ſcutum hic habes æri inciſum ex antiquis monumentis. Torque circumdatum eſt; qui totus conſtat candidis bellidibus auro gemmatis, quas Gallicè *Marguerites* vocant. Ordinem illum Militarem inſtituerat priuſquam Margaretam Flandrenſem ſibi deſponſaret; vnde vocale ſymbolum adiecit: IL ME TARDE; hoc eſt, *Longa mihi eſt mora.* Characteres ſupra ſcutum, P. M. Philippum & Margaretam ſignant.

ORDO BELLIDIS

PHILIPPI AVDACIS BVRGVNDIÆ DVCIS.



Ad eumdem Philippum Audacem pertinet LILIVM, quod in Aulâ Sacrâ Principum Belgij ſic deſcripſit filius meus Iulius Chifletius, Balernenſis Abbas, PHILIPPI IV. Catholici Regis Capellanus Honoris, & Ordinis Velleris aurei Cancellarius: *Neque id omittendum*, PACEM, *quæ ad oſculum, inter Miſsarum ſolemnia*, PHILIPPO AVDACI *Burgun-*

Burgundiæ Duci, & MARGARETÆ FLANDRICÆ *illius coniugi præbebatur, ſeruari hodieq́; inter Coronæ Hiſpanicæ* CIMELIA, *in regio Madritenſi Gazophylacio. Formâ* LILIVM *refert: altitudo palmaris eſt, fulcro exiguo retrorſum ſubnixâ. Arma gentilitijs Philippi, nempe recentioris & priſcæ Burgundiæ ſymbolis in quadrum ſectis, ſunt impreſſa. Folium altius, idemq́; maius, imagine Crucifixi, ſæculum (quantum ad formam) redolente, condecoratum. In dextro beata Virgo; in ſiniſtro B. Ioannes repræſentantur. Ad imos pedes coëuntium foliorum B. Dionyſius præciſum caput manibus præferens; in medio, SS. Ioannis Baptiſtæ & Antonij Abbatis Ægyptij cernitur. Præter arma, propriam fuiſſe prædictorum Principum, etiam indicant litteræ binæ Gothicæ, quæ folia lateris vtriuſque maiori medio iungunt; nempe à dextris* P. *quæ Philippum; à ſiniſtris* M. *quæ Margaretam ſignificant.*

IOANNES Intrepidus, Dux Burgundiæ, Philippi Audacis filius, in paterni ſcuti medio Flandrenſem prætulit teſſeram; hoc eſt Leonem nigrum, linguâ & falculis coccineis, in aureâ parmulâ: Gallicè, *D'or au Lyon de ſable, langué & armé de gueulles*; ſcutumque totum cinxit aureo torque ex lupulo ſalictario, cuius flores decoquunt Belgæ ad condiendam cereuiſiam, ſic dictam quaſi *Cerebiſiam*, quod Ceres bibatur. Illum verò ordinem inſtituit, ad Flandrorum animos ſibi conciliandos, quorum primus Francicæ ſtirpis ex hereditate Comes erat: primuſque qui Flandricè loquebatur. Vnde & Teutonicum fuit eius vocale ſymbolum, Ich zwighe, quod eſt, *Ego ſileo.* Quæ ſuprà ſcutum Runcina eſt, [*le Rabot*] peculiaris erat Ducis teſſera. Illum porrò torquem anno M. CCCC. XI. Ioannes Dux, fœderis & amicitiæ cauſâ, dedit Ludouico Aureliorum Duci; eumdemque exiſtimo fuiſſe Ioannis Ducis PVLCHRVM COLLARE, & monile pretioſum, quod Philippus Bonus, eius filius, Atrebatenſi pacto ſibi reſtituendum tranſegit. Mõſtrelet, an.1408. Iuuen. Vrſinus an.1411. An.1435.

ORDO

ORDO LVPVLI

IOANNIS INTREPIDI BVRGVNDIÆ DVCIS.



PHILIPPVS Bonus, Dux Burgundiæ, Ioannis Intrepidi filius, Imperij Belgici conditor, *Ditiſsimus Principum* (verba ſunt Pij II. Papæ) *maximis æquandus Regibus, cui opes & diuitiæ omnes affluunt; cui tot latiſsimæ Prouinciæ, tot clariſsimæ vrbes, tot validæ gentes, tot ditiſsimi populi ſeruiunt; cui præſtò adſunt cuncta, quæ mortales maxima ducunt.* Ille adiecit paterno ſcuto Symbola Brabantiæ & Limburgi:

Lib. 10. Comm.

ORDO

ORDO VELLERIS AVREI
PHILIPPI BONI BVRGVNDIÆ DVCIS.



Primum, eſt aureus Leo, linguâ & falculis miniatis, in planitie furuâ. Gallicè: *De ſable, au Lyon d'or, langué & armé de gueulles.* Alterum, area eſt argentea, cum Leone coccineo, coronâ & falculis aureis, linguâ cæruleâ, caudâ bifidâ in

 decuſ-

decuſſim traiectâ: Gallicè, *D'argent, au Lyon de gueulles, couronné & armé d'or, à la queüe fourchüe, paſſée en ſaultoir*. Philippus Bonus auctor fuit & inſtitutor Ordinis Velleris aurei, qui ad Carolum Ducem Bellicoſum, eius filium, ac deinde ad eius poſteros Hiſpaniarum Reges Auſtriacos magnâ gloriâ & felicitate tranſiuit.

Supra galeæ Boni Ducis apicem Liliatum, clamor eſt bellicus, MON IOYE SAINCT ANDRIEV, hoc eſt, *Meum gaudium ſanctus Andreas*. Lilium Hebræis שׁוֹשַׁנָּה, שׁוֹשָׁן; & Lilia numero multitudinis, שֹׁשַׁנִּים, à radice שֵׁשׁ, quòd שֵׁשׁ, ſiue

Rolliardus in Vitâ Iſabellæ Frãc. SEX habeat FOLIA: non autem à radice שׂוּשׂ cum puncto in ſiniſtro cornu, quod *gaudere* & *oblectatione perfundi* ſignificat; à quâ origine Francorum nonnulli perperàm, atque inuito & reclamante Rabiniſmo, Regum ſuorum clamorem bellicum deriuant, ac ſi eſſet, MOVLT IOYE, *multum gaudium*: non autem, MON IOYE, *meum gaudium*. Sed

Lib. 12. An. 1119. Ordericus Vitalis audiendus, vbi de Ludouico Groſſo Rege: *Latitantes verò ſub ſtramine, ſubitò proruperunt, &* REGALE SIGNVM ANGLORVM *cum plebe vociferantes, ad munitionem cucurrerunt. Sed ingreſſi*, MEVM GAVDIVM, *quod* FRANCORVM SIGNVM *eſt, verſâ vice clamauerunt*. Clamabatur ergo à Francis MON IOYE, pro MA IOYE; vt hodie Belgicæ mulieres plebeiæ dicunt, *Mon teſte, mon fille, mon table, mon boutique*. Franci ſæculo decimoquinto ineunte, eodem barbari ſermonis vitio adhuc vtebantur: in templo enim Diuæ Virginis Pariſienſis, ad columnam ingenti ſtatuæ S. Chriſtophori oppoſitam, proſtat inſcriptio,

Breulius pag. 12. an. 1413. quæ teſtatur, *Antonium des Eſſars* iuſſiſſe fieri CE GRAND IMAGE, *en l'honneur & remembrance de monſieur ſainct Chriſtophle, en l'an* M.CCCC.XIII.

Infra ſcutum Ducis equeſtri torque veſtitum, legitur Vallonicè: AVLTRE N'ARAY, hoc eſt, *Aliam non habebo teſſeram*, (pyritem ſcilicet, chalybe illiſum, & flammas emit-

tentem)

tentem) quam Philippus ſumpſerat, cùm tertiis nuptiis iunctus eſt Iſabellæ Luſitanæ; quæ illud, *Autre n'aray*, lepidè ad ſe traxit, dum pro teſſerâ vſurpauit ſeptum aureum, [*vn parc d'or*,] cum Lemmate, *Tant que ie viue*. Ac ſi viro reſponderet, *Aliam vxorem non habebis, quamdiu ſuperſtes ero.*

Placet hoc loco adferre, quæ de Lilio aureo Philippi Boni Ducis ſcripſit Iulius filius meus, eius Madriti inſpector & admirator: LILII *alterius Burgundici, ſed longè pretioſioris, quodq; Capellæ Bruxellenſis etiam olim fuit, magno ſerio meminit* PHILIPPVS III. *Rex Catholicus, dum in vltimi ſui elogij tabulis, anno* M.DC.XXI. *menſe Martio conditis, articulo* XLI. *in hunc modum cauet: Quoniam inter alia Gazophilacij mei Cimelia,* LILIVM *eſt* AVREVM, *compluribus Reliquijs inſtructum, quod Imperatoris Domini mei, atque Aui fuit, Maiorumq; retrò meorum Burgundiæ Ducum; volo, iubeoq;, ne vllam ob cauſam vendi poſſit, aut alienari; ſed vt perpetuâ ſucceſſione tranſeat indiuulſum cum ipſo Regno ad meos heredes; in tantum, vt nulli vmquam meorum ſucceſſorum liceat aut alienare, aut donare, aut pignori opponere. Ex auro ſolidum eſt, altum ſpithamas quatuor, folijs tribus diſtinctum; per oras totas prægrandibus pyropis, ſmaragdis atque vnionibus collucens: crediturq; nullas ſupereſſe eiuſmodi ſmaragdorum fodinas. Quatuor ſuperiores margaritæ magnitudinis ſunt haud vulgaris, & perfectæ rotunditatis, in quadrum poſitæ. Reliquiæ ſacræ in eminentiore folio reconduntur; atque in eius ſummo Cruci-cula eſt lignea de ipsâ Chriſti Cruce, manu (quantum creditur) ipſius Diui Hieronymi elaborata. In medio pars inſignis de cyclade Virginis Matris, coloris cærulei dilutioris. In imo clauus Chriſti nonnihil intortus, in cuius cacumine hodieq; apparent guttæ aliquot ſanguineæ. Infra clauum eſt prægrandis ille iam memoratus carbunculus. Reliqua duo* LILII *folia ſacris item lipſanis nobilitantur; alterum ſpinâ Dominicâ, alterum Cruce, quam S. Cypriani fuiſſe ferunt. Inferius ſculpta ſunt ignitabu-*

Loc. cit.

An. 1621.

la, cum ſilicibus, circumq́; circà baculis nodoſis. Tam pretioſum
An. 1508. *Cimelium Maximilianus Imperator anno* M. D. VIII. *Henrico VI. Anglorum Regi oppignorauit in quinquaginta millia aureorum Coronatorum; idemq́; poſtmodum pacto Cameracenſi*
An. 1529. *reſtitutum; qui fuit effectus articuli tertij.* Hactenus Iulius filius meus. In antiquis Regiæ Domus Burgundiæ apographis, LILIVM illud vocatur, LA RICHE FLEVR DE LYS, hoc eſt, *Diues flos Lilij.* Certè ignitabula cum ſilicibus & flammis oſtendunt PHILIPPI BONI Ducis Cimelium eſſe,
An. 1429. qui anno M. CCCC. XXIX. vſurpauit illam belli teſſeram, ex quâ Ordinis ſui Velleris aurei torquem compoſuit. Illud idem LILIVM DIVES à Carolo Bellicoſo, Philippi Boni filio, Burgundiæ item Duce, poſſeſſum, notat Iac. Meyerus, vbi recenſet pretioſa Cimelia Capellæ Caroli Ducis:
An. 1473. LILIVM AVREVM, *diſtinctum lapidibus pretioſis, æſtimatum ducentis millibus aureorum Rhenenſium.*

CAPVT XII.

De Lilijs à Triſtano temerè aſſignatis primæ & ſecundæ ſtirpis Francorum Regibus: & primò quidem in coronis & ſceptris. Item de Rhombo Liliato.

POST explicatam Liliorum Francicorum antiquitatem, quæ Ludouici Flori Regis tempora non excedit, hoc eſt annos quingentos; examinanda ſunt ea, quæ contrà retulit Triſtanus; cuius hæc
In Præfat. pag. 2. eſt prima aſſertio: *Antiquitas Liliorum in ſymbolicis Francorum ſcutis* [és armes de France] *non eſt annorum dumtaxat ſexcentorum; ſed centenorum ſupra mille, & vltrà; vt oſtendam deinceps.* Videamus quàm bellè id probet: *Valdè eſt ve-*
Pag. 19. *riſimile,* ait, S. REMIGIVM, *cùm vidiſſet Clodoueum reducem, ac victorem à prælio aduerſus* ALARICVM, *propter felicem euentum, quem ſperauerat ex voto quod Deo nuncuparat, ſe Fidem*

dem Chriſtianam amplexurum; poſtquam eum informaſſet, ac luſtralibus aquis perfudiſſet, ipſi ſuaſiſſe, vt pro familiari teſſerâ LILIVM *ſumeret.*

Ignarum Hiſtoriæ Francicæ ſe prodit Triſtanus: Clodoueus enim contra Alemannos ad Tolbiacum dubio marte dimicans, voto Baptiſmi ſuſcipiendi vicit, & baptizatus eſt anno CCCC.XCVI. Anno autem D.VII.iam Chriſtianus contra Alaricum Regem ad Vocladam pugnans, victoriam tulit. Subiungit deinde Triſtanus poſt pauca: *De Clodoueo certa non habemus monumenta; quamuis* CONIECTVRA *ſit conſideratu digna.* Ita coniector noſter ariolatur, ita imperitè diuinat. Sed poſteà ſequitur hæc eius amplior declaratio: *Flos Lilij non apparet ſculptus in monetis ac ſigillis Merouingorum & Carlouingorum Regum, ſaltem quod ego viderim. Nam flos ille regius non inuenitur vſurpatus niſi in Sceptris, Coronis, regalibus Veſtimentis, & Signis militaribus.* Habemus confitentem reum de ſigillis, & monetis Regum.

Anno 496. 507. Hadrianus Valeſius in Chron. Pag. 20. Pag. 25.

Quod ad coronas attinet, *Certiſſimum eſt,* inquit Fauchetus, *Coronas Regum Francorum fuiſſe olim Lilijs ornatas, eo modo qui cernitur in effigie Henrici Aucupis Germaniæ Regis ab anno* DCCCC.XX. Locutum autem Fauchetum de Regibus tertiæ ſtirpis indicant ea, quæ alio loco pronuntiauit; nempe, *ſe nullas Liliorum vidiſſe notas, niſi poſt Ludouicum Groſſum Regem.* Henrici Aucupis antiquam imaginem nondum vidi: ſed aliorum octo ſequentium Imperatorum in ſigillis exhibet Zilleſius, qui omnes Ludouicum Florum Regem, Groſſi filium (qui Liliorum Inſigne in Franciâ primus vſurpauit) ætate præceſſerunt. Sunt autem iſti, Otho I. Otho II. Otho III. Henricus II. Conradus II. Henricus III. Henricus IV. & Henricus V. Addo Spelmanni verba: *Extant etiam* LILIA *in coronis Regum Angliæ, vt in monumentis & ſigillis cernuntur, cùm nec ſuis adhuc titulis Franciæ acceſſiſſet, Henrici II. Richardi I. Ioannis, Henrici III.* &c.

Lib. 2. c. 18 Parte 2. Pag. 16. & ſeq. Pag. 58.

Pag.23. Obijcit Deinde Triſtanus, *me in Anaſtaſi Childerici Re-*
gis exhibuiſſe imagines Regum à Pharamundo vſque ad Caro-
lum Magnum, qui coronamenta gerunt, & ſceptra Lilijs inſigni-
ta. Sed floſculi in coronis illis ſunt triphylli, foliolis rotun-
dis, à quibus *coronæ* à Fecialibus *non dicuntur* Liliaceæ, *Fleur*
deliſees; ſed foliatæ, *fleuronnées.* Taleſque forſan erant *Flo-*
Lib.de Adminiſtr. ſuâ, p.349. *res coronæ Imperatricis*, quos Sugerius Abbas obtulit S.Dio-
nyſio. Auguſta illa erat Mechtildis, Henrici Anglorum Re-
An.1127. gis filia, Henrici V. Imperatoris vxor, quæ vidua nupſerat
Gaufredo Comiti Andegauenſi. Spelmannus de ornamen-
Pag.37. tis Regum Liliatis: *Sceptra parum moror, cùm ſit ijs quaſi na-*
tiuus hic cultus, & ipſis Aſſyrijs familiaris. Annulum, inquit
Herodotus, ſignatorium ſinguli geſtant, & SCEPTRVM *affabrè*
factum, cui ſuperſtat aut MALVM, *aut* ROSA, *aut* LILIVM,
aut AQVILA, *aut aliud quidpiam; Romanis quoque frequens,*
Lib.16. *ne pro ſuo Gallus vindicet.* Strabo de Babyloniis: *Geſtant*
etiam ſigillum, & SCEPTRVM, *non rude, ſed inſigne; in ſupe-*
riore parte MALO, *vel* ROSA, *vel* LILIO, *vel aliquâ eiuſmodi*
In Pſycomachiâ. *re ornatum.* Prudentius etiam ſic deſcribit ſceptrum Sapien-
tiæ, quæ Reges maximè decet:

In manibus Dominæ SCEPTRVM *non arte politum,*
Sed lignum viuum eſt, viridi quod ſtirpe reciſum,
Quamuis nullus alat terreni ceſpitis humor;
Fronde tamen viret incolumi: tum ſanguine tinctis
Intertexta roſis CANDENTIA LILIA *miſcet.*

Dalechâp. L.15.c.21. Aſphodelum denique, caule cubitali, & ſæpè duorum cu-
bitorum, propterea quòd, dum floribus veſtitus eſt, *Sceptri*
Lib.21. cap.17. *regij refert effigiem*; (Plinius vocat HASTVLAM REGIAM;)
certo indicio, iam ab antiquiſſimis temporibus ſceptra Re-
gum florea, hoc eſt roſea & liliata fuiſſe. Vnde & *Lilium*
Lib.55. cap.13. vocabant *Florem regium.* Ioannes Pierius: *Meritò* FLOS
REGIVS *etiam appellatur, non à Iunone Reginâ tantùm deno-*
minatione ſumptâ, ſed à REGIA *quâ præſtat celſitudine, quòd*
tantâ

tantâ proceritate ſuper alios flores attollatur, & ad tria interdum cubita ſurrigatur.

Childericus I. Francorum Rex in annulo ſuo Tornaci effoſſo, haſtam pro ſceptro dextrâ tenet. De Guntranno Rege ſic Aimoïnus: HASTAM, *quam manu gerebat, nepoti ſuo tradidit*; Childeberto ſcilicet, quem in filium adoptabat, & in Regnum. Fauſtus de Theodeberto Rege: *Vocans ad ſe nepotem Flori, nomine Andrannum, dedit ei per* SCEPTRVM *regale, quod manu geſtabat, quæcumque Florus patruus eius ex regali poßederat dono.* Dagobertus I. Rex in ſigillo, apud Zilleſium, ſiniſtrâ baculum tenet, qui in ſummo tenuiter eſt tripartitus. De Carolo Magno Monachus Sangallenſis: VIRGAM *auream ad ſtatum ſuum* (hoc eſt ad ſtaturam ſuam) *fieri iuſsit.* Adfert deinde verba Caroli de virgâ illâ: SCEPTRVM *noſtrum, quod pro ſignificatione regiminis noſtri,* AVREVM *ferre ſolemus.* De illo Marquardus Freherus: HASTILE *illud (vt qui viderunt, ac menſi ſunt, affirmant) inſolens ac planè vaſtum, continet planè nihil.* Theganus de Ludouico Pio: *Coronam auream auro fulgentem in capite geſtans, &* BACVLVM *aureum in manu tenens.* Ex quibus edocemur, in primâ & ſecundâ Francorum ſtirpe, Haſtam, Sceptrum, Virgam, & Baculum, Inſigne maieſtatis vnum & idem ſignificaſſe, nullâ Liliorum apparente formâ.

In Anaſt. cap. 7.
Lib. 3. c. 68
In Vitâ S. Mauri.
Parte 3. pag. 10.
Lib. 1. c. 19
De ſtaturâ Caroli M.
Cap. 19.

In tertio Regum genere, Hugo Capetus in ſceptri ſummitate prætulit manum, cuius rationem dedi in Anaſtaſi meâ. Robertus Capeti filius nullum in ſigillo ſceptrum oſtendit; Philippus I. nullum. Primus, apud Hautinum, Philippus II. Rex in ſigillo ſceptrum præfert Lilio inſigne, quem deinde imitati ſunt Ludouicus VIII. & IX. Philippus III. & IV. At verò Philippus V. & VI. Ioannes & Carolus V. Reges, nullum in ſceptro Lilium geſtant. Ludouicus XI. & XII. in ſceptri ſummitate globum, vel malum granatum præferunt. Cùm ergo acroterium ſceptri

Dominicus in Aſſert. p. 252 253.

floreum

floreum apparet in ſigillis, id factum vel ad gratiam, vel in ſignum optatæ florentis Reipublicæ: quemadmodum ſceptra Cæſarum Germanorum, apud Zilleſium, in ſigillis, globo, flore aliquo, aut Lilio ſunt faſtigiata. Vt nec arbitrarium illud ſceptri ornamentum ad ſolos poſtremæ ſtirpis Francos attinuerit.

Pag.30.31 32.33. Nihilo ſeciùs Ioannes Triſtanus, vt probet Lilij decus in ſceptris Regum ſecundæ ſtirpis, vtitur auctoritate Chryſtophori Brouweri, qui in Fuldenſibus Antiquitatibus ex Lib.2.c.15 Eccleſiâ S. Petri, quam ad Orientem Fuldenſis oppidi mons editus oſtendit, duas exhibet lapideas imagines Regum CARLOMANNI & PIPINI, *quæ*, ait, *manu* SCEPTRVM LILIGERVM *tenent*. In primis Carlomannum & Pipinum impropriè Reges appellauit Brouwerus; qui Principes erant, non Reges. Vacuum enim fuit Francorum Regni ſolium An.737. ab anno DCC. XXXVII. quo è viuis exceſſit Theodoricus II. 743. Rex, vſque ad annum DCC. XLIII. quo Childericus III. Merouingorum ſtirpis poſtremus, aſſumptus eſt in Regem. Intereaque ſine Rege Regni negotia adminiſtrauit Carolus Martellus, Pipini Herſtallij filius ſuperſtes vnicus, ſub nomine Maioris domus, Duciſque ac Principis Franco- An.741. rum, vſque ad annum DCC. XLI. quo moriens filios reliquit Carlomannum & Pipinum, qui etiam abſque Rege parentis magiſtratum inierunt.

Brouwerus l.2.c.3 an.744. Fuldenſe Monaſterium inchoauit S. Bonifacius anno DCC. XLIV. quo apud Francos regnabat Childericus III. anno iam ſecundo. Chartam poſteà dedit S. Bonifacius Cap.4. anno 747. pro Fuldenſibus, cuius hæc eſt ſubſcriptio: *Anno Dom. Incarn.* DCC. XLVII. *Principatus verò nobilium virorum*, KARLMANNI *&* PIPINI *fratris eius anno ſexto.* Eodemque anno DCC. XLVII. Carlomannus monaſticum inſtitutum Anno 750 amplexus eſt. Pipinus verò eius frater anno DCC. L. à Fran- 751. cis electus eſt in Regem: atque anno ſequenti DCC. LI. Childericus

dericus III. Rex exauctoratus, & in Sithienſe monaſterium detruſus. Quando igitur Carlomannus & Pipinus anno DCC. XLIV. monaſterio Fuldenſi conſtruendo S. Bonifacij adiutores fuerunt, Reges Francorum non erant.

Præterea Fuldenſia illa ſimulachra ſic inter ſe ſimilia ſunt vultu & ornamentis, vt non niſi ſubſcriptis nominibus diſtingui poſſint; quæ ſi pro legitimis & antiquis habita fuiſſent; *Cornibus altarium abdita, & occulto parieti adpacta non fuiſſent*, vti collocata eſſe Brouwerus affirmat. Illa, meo iudicio, adeò antiqua non ſunt, vt Capetinorum Regum tempora tranſcendant, ſcilicet Philippi Auguſti, & Ludouici IX. qui apud Hautinum & Vredium, in ſigillis LILII florem vnicum tantiſper pedatum dextrâ geſtant, eo planè modo, quo Fuldenſia ſimulachra; quæ non *Sceptrum liligerum*, vt loquitur Brouwerus, ſed pedatum LILII florem dextrâ prætendunt. In ſummâ, Fuldenſes illæ ſtatuæ hybrides ſunt: Græco quippe diademate caput ornatum habent; corpus, tunicâ & chlamyde Romano more veſtitum; Lilium denique, Regum Capetinorum Inſigne, dextrâ tenent. Dabant ſcilicet homines imperiti Principibus antiquis Lilium, quod ab æui ſui Francorum Regibus geſtari videbant.

Ceterùm illis Fuldenſibus ſimulachris Triſtanus, ex Theſauro Dionyſiano, ſubiungit FLOREM LILII aureum, cuius antiquitatem magni æſtimat, eoque magis, quòd ipſo die conſecrationis applicetur chlamydi Regiæ in humero dextro. Atqui (Doubleto teſte) *Rhombus eſt aureus* [vne loſange] *quo continetur Lilij flos, nobilibus gemmis inſtructus.* Alio loco: *Diues Fibula* [la riche agrafe] *qua conſtricta eſt Regia chlamys tempore inaugurationis.* Pág. 46. Lib. 1 c. 49 Pag. 371.

Henricus II. Rex *ornamenta conſecrationis Regum renouari fecit anno* M. D. XLVII. *Noua tunc Regia chlamydi aptatus eſt* FLOS LILII AVREVS, *ſitus in rhombo, qui rubinis* Tomo I. Cærem. pag. 279. an. 1547.

M &

& vnionibus inſtructus eſt. Figura Rhomboides in Arte heraldicâ muliebris eſt: ſique in re dubiâ coniecturæ locus, crediderim fibulam illam fuiſſe donum ISABELLÆ Han-
Vide ſuprà cap. 10. noniæ, nubentis Philippo Auguſto Regi, cum dote Atrebatenſis terræ vſque ad fluuium LILII: quarum ratione nu-
An. 1180. ptiarum Philippus ſecundò vnctus eſt, & coronatus in templo S. Dionyſij. Videtur autem cimelium illud, ſimul
Cheſne Tomo 5. pag. 261. An. 1222. cum aliis iocalibus, legaſſe illi Monaſterio ſupremis ſuis tabulis, quarum hæc ſunt verba: *Item donamus, & legamus Abbatiæ S. Dionyſij, in quâ ſepulturam elegimus, omnia* LVDICRA NOSTRA *cum* LAPIDIBVS PRETIOSIS, *& Cruces aureas, & omnes lapides pretioſos.* Peti non poteſt altiùs antiquitas illius Rhombi, cuius nulla mentio facta reperitur ætate LVDOVICI FLORI Regis, Philippi Auguſti parentis, qui liliatum Symbolum in Franciâ primus aſſumpſit.

CAPVT XIII.

Regia Francorum vexilla, Lilijs conſpicua non fuerunt ante ſæculum duodecimum vel decimum tertium.

I. VEXILLA REGVM PRIMÆ STIRPIS.

Epiſt. ad Clodoswindam. NOTA eſt Merouingorum Regum ſingularis religio erga S. Martinum Turonenſem. CLODOVEVS *Primus* (inquit Nicetius Treuirenſis) *humilis ad domni* MARTINI *limina cecidit, & ſe baptizari ſi-*
Gregor. Turon. l. 4. c. 20. *ne morâ permiſit.* Eiuſdem Sancti ſuccenſa baſilica, à CLOTHARIO Rege reparata eſt. DAGOBERTVS Rex eidem Ec-
Audoënus in Vitâ S. Eligij. cleſiæ cenſum fiſcalem conceſſit. Vnde honoris causâ factum, vt S. Martinum Franci *Dominum* appellarent; eiuſque cappa à Regibus magno in pretio haberetur, & in
Cap. 31. bellis vexilli loco præferretur. VValafridus Strabo, diuitis Augiæ Abbas, libro de Rebus Eccleſiaſticis: *Dicti ſunt primitus*

mitus CAPELLANI *à* CAPPA *beati* MARTINI, *quam Reges Francorum ob adiutorium victoriæ in prælijs ſolebant ſecum habere: quam* FERENTES *& cuſtodientes cum ceteris reliquijs Clerici*, CAPELLANI *cœperunt vocari.* Gemma animæ: *Capellani, à* CAPPA *S. Martini ſic dicti, quam Reges Francorum in prælijs ſemper habebant, & eam* DEFERENTES, *Capellanos dicebant.* Monachus S. Galli, qui de Caroli Magni curâ Eccleſiaſticâ ad Carolum Craſſum ſcripſit: *Quemdam optimum dictatorem, & ſcriptorem, in Capellam ſuam aſſumpſit, quo nomine Francorum Reges, propter* CAPPAM S. MARTINI, *quam ſecum ob ſui tuitionem & hoſtium oppreſſionem iugiter ad bella portabant*, SANCTA SVA *appellare ſolebant.* Cappam S. Martini explico *pallium*, ſeu *chlamydem*, quam apud Ambianos gladio militari Martinus diuiſit, alteramque partem tradidit egeno petenti eleëmoſynam, alteram ad vſus ſuos ſeruauit. Iſtam haſtili affixam Francorum Reges ante ſe per Capellanum deferri iubebant in bellis. Illudque militare cum cappâ ſignum, aliud erat à ſuſpenſo ex antennâ vexillo Baſilicæ S. Martini, quod Comitum Andegauenſium Inſigne in expeditionibus proprium erat; de quo Rituale vetus Eccleſiæ Turonenſis, vbi de Comite Andegauiæ: *Ipſe habet* VEXILLVM B. MARTINI, *quoties vadit in bello, præterquam contra Regem Franciæ.* Necnon & Glaber Rudolphus: *Gotfridus* [Martellus, Andegauenſis Comes] *expetiuit auxilium* B. MARTINI, *indeq;* [ex ipſius Baſilicâ] ACCEPTO VEXILLO, *imponens illud propriæ haſtæ, cum exercitu equitum peditumq; multorum, obuiàm perrexit aduerſum ſe dimicaturis.*

Cap. 128.

Lib. 5. c. 2.

II. VEXILLA REGVM SECVNDÆ STIRPIS.

EGinarthus in Annalibus Caroli Magni: *Romæ, Adriano defuncto* LEO *ſucceſſit: & mox per Legatos ſuos claues confeſſionis S. Petri, &* VEXILLVM *Romanæ vrbis, cum alijs* Àn. 796.

An.800. *muneribus Regi miſit.* Rurſum in ijſdem Annalibus: *Zacharias Presbyter, (quem Rex Hieroſolymam miſerat) cum duobus monachis, quos Patriarcha cum eo ad Regem miſit, Romam venit. Ii, benedictionis gratiâ, claues ſepulchri Dominici, ac loci Caluariæ,* CVM VEXILLO *detulerunt.*

In muſiuo Lateranenſi, quod reſtituit Eminentiſſimus Nic. Alemannus cap. 10. Franciſcus Cardinalis Barberinus, cernitur S. Petrus, qui Leoni Papæ pallium dextrâ porrigit; & ſiniſtrâ Carolo Regi trifidum dat vexillum, quod ſenis ROSÆ FLORIBVS decoratum eſt. Ex tribus illis Caroli Magni vexillis eligat Triſtanus quod voluerit, in æternum non probabit vllum Annal. Met. 776. fuiſſe liliatum: vti neque *Caroli Calui* REGIVM VEXILLVM, *quod dum ferret Reginarius Comes, primo impetu extinctus eſt.*

III. VEXILLA REGVM TERTIÆ STIRPIS.

VExillum Eccleſiæ S. Dionyſij, Capetinæ ſtirpis Regum militare ſignum fuit. ROBERTVS Rex, Hugonis Doublet. l. 3. c. 11. an. 997. Capeti filius, in chartâ anni DCCCC.XCVII. pro Dionyſianis ita loquitur: *Cupimus SS. Martyrum Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij, quibus olim omnem ſpei noſtræ fiduciam commiſimus, patrocinia promereri; quatenus hoſtibus noſtris & victrices dextras inferre, ac cum triumpho victoriæ* INVICTA, *annuente Deo, exinde de eorum ſubiectione* VEXILLA *referre.* Ludouicus VI. dictus Groſſus, Roberti Regis pronepos, in chartâ anni M. C. XXIV. pro eodem cœnobio: Lib. cit. cap. 13. an. 1124. *Præſente venerabili Abbate præfatæ Eccleſiæ* SVGERIO, *quem fidelem & familiarem in noſtris conſilijs habebamus; in præſentiâ Optimatum noſtrorum,* VEXILLVM *de altario beatorum Martyrum, (ad quos Comitatus Vilcaſſini, quem nos ab ipſis in feudum habemus, ſpectare dignoſcitur) morem antiquum anteceſſorum noſtrorum ſeruantes, & imitantes,* SIGNIFERI IVRE, Cap. 4. an. 1147. *ſicut Comites Vilcaſſini ſoliti erant, ſuſcepimus.* Scriptor geſtorum Ludouici VII. Regis: *Venit, vt moris erat, ad Eccleſiam*

B. Dio-

B. Dionyſij, à Martyribus licentiam accepturus: & ibi, poſt celebrationem Miſſarum, baculum peregrinationis, & VEXILLVM *B. Dionyſij (quod* ORIFLAMBE *Gallicè dicitur) valdè reuerenter accepit; ſicut moris erat antiquorum Regum, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere.* Tum inferiùs: *Illâ die faciebat antegardam Gaufridus de Ranconio, vnus de nobilioribus Baronibus Prouinciæ Pictauenſis, qui ferebat* REGIS BANNERIAM, *quam præcedebat, prout moris eſt,* VEXILLVM S. DIONYSII, *quod Gallicè dicitur* ORIFLAMBE. Illi duo loci Scriptoris anonymi videntur interpolati; illaque verba affectatè repetita, *quod Gallicè dicitur* ORIFLAMBE, gloſſemata eſſe. Rigordus enim, Scriptor Annalium Philippi Auguſti Regis, quos Ludouico VIII. eius filio dicauit circa annum M. CC. XXV. ſic loquitur: PHILIPPVS *Rex ad Eccleſiam B. Martyris Dionyſij cum maximo comitatu venit, causâ licentiam accipiendi. Conſueuerunt enim antiquitus Reges Francorum, quòd, quandocumque contra hoſtes arma mouebant,* VEXILLVM *deſuper altare* B. DIONYSII, *pro tutelâ, ſeu cuſtodiâ ſecum portabant, & in primâ acie pugnatorum ponebant.* Mox in pugnâ Bouinenſi: *Clamatur vbique per campos, Arma, Arma viri, clangunt tubæ, reuertuntur cohortes, reuocatur* VEXILLVM B. DIONYSII, *quod omnes præcedere in bello debebat.* Sic autem de prælio eodem Guilielmus Britto, qui Rigordi Annales carmine expreſſit:

Cap. 12. An. 1225. An. 1215. Lib. 11.

At Regi ſatis eſt tenues criſpare per auras
VEXILLVM SIMPLEX, *cendalo ſimplice textum,*
SPLENDORIS RVBEI, *Letania qualiter vti*
Eccleſiana ſolet certis ex more diebus:
Quod cùm FLAMMA *habeat vulgariter* AVREA *nomen,*
Omnibus in bellis habet omnia ſigna praire;
Quod Regi PRÆSTARE *ſolet Dionyſius Abbas,*
Ad bellum quotiens ſumptis proficiſcitur armis.

Gallicè *preſter.*

Ante tamen Regem SIGNVM REGALE *tenebat*
Montiniacenſis, vir fortis corpore, Galo.

Gloſſema, quo fœdatus erat Scriptor geſtorum Ludouici VII. Regis, imitatus eſt Britto, vbi vexillum Eccleſiæ S. Dionyſij vocauit AVREAM FLAMMAM, ac ſi Latinè verteret Gallicum vocabulum, ORIFLAMBE. Illud enim vexillum deſcribit Britto ſimplex, & ex ſerico ſimplici rubro, nulla in eius texturâ mentione auri. Rigordus iam
An. 1214. laudatus de pugnâ Bouinenſi eâdem: *Intereà adueniunt legiones Communiarum, quæ ferè vſque ad hoſpitia proceſſerunt, & ad* VEXILLVM B. DIONYSII: *& accurrunt quantocyùs ad aciem Regis, vbi videbant* SIGNVM REGALE, *quod eſt* VEXILLVM FLORIBVS LILII *diſtinctum, quod ferebat illâ die Galo de Montigniaco, miles fortiſſimus, ſed non diues.* Iſthæc prima eſt mentio Liliorum in regiis Francorum vexillis: quamquam & Ludouici VII. Regis BANNERIAM, cuius
Cap. 12. obiter meminit Scriptor geſtorum eius, Liliis aureis exiſtimo fuiſſe conſperſam; propterea quòd ille primus inter Reges Lilia ſymbolica vſurpauit, vt ſuprà oſtendimus.

Illis ergo vexillis æuo illo vtebantur Franciæ Reges; Dionyſiano nempe, quod rubrum erat ac ſimplex, ſine auro; & vexillo Regali cæruleo, quod Lilij floribus aureis reſperſum erat, cuique idcircò rectiùs competebat Gallicum nomen, ORIFLAMBE, quod eſt *Lilium aureum*, quàm ſimplici Dionyſiano. Coniecturam meam firmat Chronicon
Cap. 5. Fab. 2. MS. vetus meum ſuperiùs adductum, in quo deſcribitur fabuloſa mutatio Bufonum in Lilia aurea; deinde additur: *Lors le Roy, qui auoit ia ferme creance, fit prendre* SA LIFLAMBE, *qui eſt* LA BANIERE, *où les Armes furent muées, & icelle mettre deuant ſoy.* LIFLAMBE, ſeu LISFLAMBE, Lilium eſt
Cap. 18. cæleſte, quod *Flambe* Gallicè dicitur; de quo nos inferiùs. Sic igitur emendandus videtur Scriptor geſtorum Ludouici VII. Regis, vbi de Gaufrido Ranconio: *Qui fe-*

rebat

Digitized by Google

rebat REGIS BANNERIAM, *quæ Gallicè dicitur* ORIFLAMBE; *quam præcedebat, ſicut moris eſt, vexillum S. Dionyſij.*

Verùm in cruciatâ Ludouici VII. Regis expeditione, aliud prætereà fuiſſe vexillum cruciatum, inſinuat Hugo Victorinus in Hiſtoriâ Vizeliacenſi: *Hic eſt Rex* LVDOVICVS, *qui quintodecimo anno Regni ſui, præſidente in Romanâ Curiâ* EVGENIO, *cum magno exercitu,* VEXILLO VIVIFICÆ CRVCIS *inſignito, Hieroſolymam perrexit, gentem inimicam Fidei debellaturus.* Iſtud erat vniuerſæ Francorum militiæ labarum, à quo diuerſum erat vexillum Eccleſiæ S. Dionyſij; aliudque tertium Regiæ Maieſtatis proprium. An. 1147.

CAPVT XIV.

Carolus Magnus, Rex Francorum, & Imperator, numquam fuit liliatus. Triſtani inſcitia multiplex.

HÆC eſt Triſtani prima obiectio: *Iulius Cæſar Capacius ex antiquis priuilegijs probat, ciuitatem Florentinam debere Carolo Magno ſua Inſignia &* LILIA. Sunt hæc ipſiſſima Capacij verba, vt Triſtani bonam fidem agnoſcas: *I Fiorentini hanno vn* GIGLIO, *che nel anno* M. CC. LXV. *fu loro donato da Carlo d'Angio, fratello di Ludouico; perche benignamente nelle loro Città fu riceuuto, e'l fauorirono nel viaggio di Sicilia, Regno à lui conceſſo da Vrbano Quarto. Benche altroue ſi legge, che Fiorenza fu detta da Carlomagno da i Gigli de Franceſi.* Subiungit deinde poſt nonnulla: *Due priuilegij ampliſſimi nel ſuo fonte ho veduto, con molta mia ſodisfattione, per ſaper il modo con che i Principi concedono l'Arme.* Atqui eorum Diplomatum, quæ ſe vidiſſe dicit Capacius, alterum eſt Caroli V. Imperatoris, alterum Philippi II. Hiſpaniarum Regis eius filij; in quibus nulla mentio nec Florentinæ ciuitatis, nec Lilij, nec Caroli Magni. Sed & Fauchetus hîc eſt audiendus: *Flos*

Pag. 30. Lib. 1. Symbol. cap. 7. an. 1265. Lib. 7. c. 1. anno. 787.

Flos LILII *rubeus in areá argenteá, quem Florentini hodierni ferunt pro publico Inſigni, facit, vt cogitetur eos ſcutum illud habere à Carolo Magno; etſi ego dubito, an ipſemet* LILII FLORES *geſtarit. Sed de origine ſcuti Francici alio loco agemus.*

Lib. de Nobilit. pag. 55. Ioannes Hollanderus priori aſſentitur Capacij ſententiæ: *Florentia in Thuſciâ habet pro Armis & Inſignibus ſuis* VNVM LILIVM; *quibus Armis donata & honeſtata fuit anno Domini* M.CC.LXV. *à Carolo Comite Andegauicæ Prouinciæ, & Cenomaniæ, fratre D. Ludouici Regis Francorum: tum quia Carolus benignè fuerat à Florentinis receptus; tum quia ab iiſdem auxilium acceperat & fauorem, cùm ad Siciliæ expeditionem proficiſceretur.* Sed neque illa ſententia de Carolo Andega-

Lib. 5. c. 10 uenſi vera eſt: quia diu ante illum Floreni cudebantur Flo-

An. 1182. rentiæ. Villanius anno M.C.LXXXII. *Allora correa vna moneta d'argento in Firenze, che ſi chiamauano* FIORINI, *di di-*

Lib. 6. c. 54 an. 1250. *nari* XII. *l'vno.* Anno deinde M.CC.L. *I mercadanti di Firenze, per onore del commune, ordinarono col popolo è comune, que ſi bateſſe moneta d'oro, che prima ſi batteua moneta d'argento di* XII. *dinari l'vno. Ed allora ſi cominciò à battere la buona moneta del fine oro di* XXIV. *caratti, è chiamoſi* FIORINI D'ORO. Signa deinde illius monetæ ſic deſcribit Villanius: *Di vna parte*, S. IOANNES B. *è del altra, del lato del giglio,*

Lib. 3. de Vitiis ſerm. pag. 430. FLORENTIA. Gerardus Ioannes Voſſius: FLORENVS, *nummus aureus*, PRIMITVS *à Florentinis cuſus*, *ac* FLORIS *ſigno inſignitus; vnde & nomen.* Albertus Argentinenſis:

In Chronico. *Annuatim debent præſentare ad Cameram Papæ vnum Marmotinum, hoc eſt denarium aureum, qui benè noſcitur à Curiâ; & eſt minoris, quàm paruulus* FLORENVS *de Florentiâ.*

Addo inſuper, Lilium Florentinum non conuenire cum Francico: iſtud enim aureum eſt in areâ cæruleâ; illud coccineum in ſolo argenteo. Francicum præterea nudum eſt atque ſimplex; Florentinum eſt apertum [*eſpanoüy*] cum ſuis tudiculis & clauulis, qui in Francico non apparent.

Ioan-

Ioannes Pierius, qui de Carolo Magno planè ſilet, ſic loquitur: *Velut à* LILIIS *Suſa, non immeritò inter Italicas vrbes à Flore* FLORENTIA *nuncupata; vtpote quæ tam formâ, quàm ſitu, & incomparabili rerum omnium amœnitate,* FLOS *ſit totius Italiæ.* Eodem ſenſu Iulius Cæſar Capacius, perperàm adductus à Triſtano: *E il* GIGLIO *ſymbolo della bellezza, ò per il color, ò per la forma: che perciò Suſa in Perſia, allogiamento del Re, era da Perſiani chiamata* GIGLIO. *Di modo che non ſenza ragione da queſto Fiore, è detta* FIORENZA *per la bellezza.* Meâ igitur ſententiâ, Florentinorum parma cum Flore, vocalis eſt, ex nomine Ciuitatis exorta; vt ex Regnorum Caſtellæ, Legionis & Granatæ appellationibus prodiere ſcuta Caſtello, Leone, & Malo granato inſignita. Lib. 55. cap. 11. Lib. 2. c. 74

Alterum Triſtani argumentum à meipſo deſumptum eſt. *Chifletius, ait, in ſuâ Anaſtaſi, Capite nono, nobis exhibet* MAGNVM *illum Principem* CAROLVM, *ſedentem in ſecreto conſiſtorio; cui* LILII *flos admotus ſpectatur in ſummitate xyſti clathris diſtincti, ac teſſellati; velut præcipuum illius aui ſymbolum.* Síccine imponis plebi, Triſtane, vernaculis tuis paralogiſmis? Senſum meum de illo Caroli Magni conſiſtorio aperui meis hiſce verbis, quæ tu retices: *Quo tempore delineata fuerit hæc Petauij tabella, indicat* FLOS LILII *in ſummis cancellis depictus; qui oſtendit auum Philippi Auguſti Regis, quo* LILIA, *vt nunc ſunt, cœpere à Francis vſurpari: vt exiſtimem, tabellam hanc è vetuſtiore & Carolini ſæculi aliâ expictam; ſed à pictore adiectum Lilium, quod eius ætate apud Francos iam receptum erat.* Pag. 34. Pag. 140.

Exhibet tertio loco Triſtanus, ex Gazophylacio Dionyſiano, ſceptrum aureum Caroli Magni, quod inſigne Liliis eſt, & ſic inſcriptum: **ſantus. karolus. magnus. ytalia. roma. galia. germania.** Characterum forma oſtendit ſequioris æui opus eſſe: nam ætate Caroli Magni, Ludouici Pij, & Caroli Calui, hoc eſt octauo & nono ſæculo; quadratis Pag. 38. 39

dratis litteris more Romano adhuc ſcribebatur. Inſuper,
Lib. 2. Vitæ p. 109. an. 1608. *Peireskius ſpecialiter conuicit eos, qui* KAROLVM, *Pipini filium, vſurpaſſe Magni cognomentum arbitrabantur.* Neque Carolus
Sanmarth. lib. 7 cap. 2 an. 1166. Sancti dignatione donatus eſt priuſquam in Diuorum canonem relatus eſſet; quod contigit anno M.C.LXVI. Dictum eſt ergo à Dionyſianis *Caroli Magni ſceptrum*, non quòd eo vſus eſſet Carolus; ſed quòd imaginem præferret Caroli, in Diuos iam relati ſæculo duodecimo inclinante; quo Liliorum decus à Francorum Regibus Capetianis iam vſurpatum fuerat.

Ceterùm, vt alium quoque nodum gratis exoluam: Ni-
Cap. 13. pag. 123. colaus Alemannus, in Diſſertatione de parietinis Lateranenſibus, ab Eminentiſſimo Franciſco Cardinale Barberino reſtitutis, imaginem exhibet, quam Caroli Magni eſſe exiſtimat, ab Ingoberto quodam eius Scribâ, Bibliis manu exaratis præfixam. Sedentis Regis effigies eſt, cum SCEPTRO LILIATO, & CORONA item LILIIS ornatâ. Verùm quadrati ſceptri forma longè diuerſa eſt ab aureâ virgâ, quam Carolus Magnus pro ſceptro geſtare ſolebat. Nec picti Regis vul-
Cap. 9. pag. 56. tus, habitus, & corona, reſpondent muſiuis Lateranenſibus, & S. Suſannæ, in quibus Carolus Magnus ſuâ ætate expreſſus cernitur cum coronâ radiatâ.

Imago illa ab Alemanno edita, meo iudicio, eſt Caro-
An. 1265. li I. Andegauenſis, Siciliæ Regis anno M.CC.LXV. cuius ſtatuam diu iacentem, & ſaxis obrutam, ac poſtmodum anno M.CCCC.LXXXI. à Matthæo Tuſcano erectam ac re-
In Siciliâ, pag. 244. 245. ſtitutam, profert Philippus Paruta, vnà cum eiuſdem Caroli nummis liliatis, qui ſunt inſcripti: CAROLVS REX, SENATOR VRBIS.

Opponi poteſt, in Vitâ & actibus Ludouici Pij mentio-
An. 807. nem fieri INGOBERTI, *Caroli Magni* MISSI, *qui filij præſentiam præferret, &* VICE AMBORVM *contra hoſtes exercitum duceret.* Sed longè differt MISSI, ſeu LEGATI, ac DVCIS

EXERCITVS præclarum ac militare munus, ab officio Scribæ, ſeu amanuenſis, quale fuit Ingoberti, qui iuſſu Caroli Andegauenſis heri ſui Biblia manu ſuâ pinxit & exarauit, ſeque, natione Gallum, ob nitorem æqualitatemque ſcriptionis laudauit hiſce verſibus:

INGOBERTVS *eram referens*, *&* SCRIBA *fidelis*,
Graphidas Auſonios æquans ſuperanſq; tenore.

Errori æquiuocatio cauſam dedit. Facile eſt in antiquis labi, & vnum Ingobertum antiquiorem ſumere pro alio recentiore Ingoberto: & ſimiliter vnum Carolum pro alio Carolo; præſertim vbi nullum nomen, Conſul nullus eſt adſcriptus, qui tempora & perſonas diſtinguant. Vnde eſt, quòd multa ſceptra, gladij, & coronæ in Germaniâ & Galliâ dicantur eſſe Caroli Magni, & Caroli Calui, quæ fuerunt Caroli IV. & V. Imperatorum; vel certè Carolorum de ſtirpe Capetinâ Franciæ Regum.

Ad extremum; reſpicit quoque Carolum Magnum iſthæc obſeruatio: Rudolphus Habſpurgi Comes (qui poſteà fuit Imperator) à Carolo Magno lineâ femininâ ortum ducebat: cumque videret, Ludouicum IX. Franciæ Regem, cuius tempore florebat, Liliis vti; ipſe quoque ſparſis Liliis ſigillum decorauit; ac ſi Lilia apud Francos Regalis Maieſtatis ſymbola fuiſſent iam à temporibus Caroli Magni.

CAPVT XV.

De Sepulchris Regum Liliatis obiectiones Triſtani, plena ignorationis & ſtuporis.

Pag. 21. PRIMA Triſtani obiectio generalis eſt; neque ne-
ceſſarium duco verba eius adferre, quæ deſumpſit
ex Ioanne Tilleto, & quæ Papirius Maſſonus ſic
Lib. 3. Latinè vertit: LILIA *noſtris Regibus ab Regno
condito placuiſſe, argumento erunt, effigies* CLOTARII I. *Clo-
doueo geniti, quæ in eius tumulo Sueſſione viſitur, calceum* LI-
LIIS *aſperſa:* CHILPERICI *filij effigies ad Lutetiam in tem-
plo Germani, ſceptrum manu tenens, in quo eſt* LILIVM: SI-
GEBERTVS *in templo Medardi, amictus tunicâ* LILIATA:
CAROLI SIMPLICIS *tumulus Peronæ, in æde Furſei, iiſdem conſpi-*
Lib. 1. c. 12 *cuus.* Ad illa verò ſic Sanmarthani fratres: *Quia ſepulchra
illa non videntur eſſe valdè antiqua, Fauchetus illud in dubium
vocat.* Hæc ſunt autem Faucheti verba: *Erraſſe potuit Tille-
tus in* LILII FLORIBVS, *quos ſe vidiſſe dicit in imaginibus
Regum Merouingorum: quos enim in Regis* CLOTARII *cal-
ceis* FLORES LILII *vocat, videntur eſſe laquei: Statua* CHIL-
PERICI *in S. Germani de pratis recens eſt: Tunica* SIGEBERTI
Sueſſione ſepulti, molulis calcarium confusè perſperſa eſt. De
Caroli Simplicis tumulo poſthæc agemus.

Pag. 22. Altera Triſtani obiectio eſt; *Supereſſe in S. Dionyſij ni-
grum marmor, quod claudit tumulum & arcam ſepulchralem*
DAGOBERTI, *cui modo antiquiſſimo inſculpti ſunt triginta duo*
LILII FLORES; *illudq́ marmor feliciter ſeruatum ex veteribus
ruinis, admotumq́ huic monumento per Sugerium Abbatem,
huius partis Eccleſiæ inſtauratorem.* Quibus ſcripturis probas,
Triſtane, Sugerium Abbatem admouiſſe marmor illud lilia-
An. 1143. tum ſepulchrali arcæ Regis Dagoberti? Sugerius enim libro
toto, quem reliquit de rebus in adminiſtratione ſuâ geſtis,
vbi

vbi recenſet opera quæ ſtruxit, vel ea quæ reparauit in templo S. Dionyſij, de nullo Regum ſepulchro à ſe vel inſtaurato vel ornato verbum fecit. Et quod ad Dagobertum Regem attinet, ſolùm ait: *Nobilem Cathedram eius antiquatam & diſruptam refici fecimus.* De tumulo eius nulla mentio; vt ego non credam facilè Dagobertum, ſtatim poſtquam mortuus eſt, iuxta Martyrum reliquias ſepultum fuiſſe. Vulſonius Colomberius: *Inter Chriſtianos elapſi ſunt anni pluſquam mille ducenti, antequam vllus intra Eccleſiam aliquam fuerit ſepultus.* Philippus Morellus Burdegalenſis: *Longo tempore nullus ſepeliebatur in templis: Sancti eo honore primi ſunt affecti.* Petrus Beccanus in Aquiſgrano: *Olim non in Eccleſiis, ſed in cœmeterijs ſepulturâ donabantur fideles; cautumq́ erat, ne in Eccleſiâ mortui ſepelirentur. Imperatoribus tamen, Regibus & Principibus datum eſt* CVRSV TEMPORIS, *vt intra Eccleſiam ſepelirentur: nam & ipſi principio extra templa humari ſolebant.* Exempla in Oriente: Chryſoſtomus Homiliâ, Quòd Chriſtus ſit Deus: *Conſtantinopoli* REGES NOSTRI *magnam gratiam putant, non ſi prope Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum* VESTIBVLA, *corpora ſua ſepeliantur, fiantq́ Piſcatorum Oſtiarij.* Sanctus idem alio loco: *Illic* [Conſtantinopoli] CONSTANTINVM MAGNVM *filius eius ita demum ingenti honore ſe affecturum exiſtimauit, ſi eum in Piſcatoris* VESTIBVLO *conderet.* Exempla Romæ: Paulus Diaconus de Honorio Auguſto, Arcadij fratre: *Apud vrbem Romam vitâ exemptus eſt, corpuſq́ eius iuxta B. Petri Apoſtoli in Mauſolæo ſepultum eſt.* Nicephorus de Theodoſio Iuniore: *Mox in paterno monumento Romani lapidis repoſitus eſt, in dextrâ ſublimi ſanctorum Apoſtolorum templi porticu: in quâ porticu, eodemq́ lapide, pater quoque* ARCADIVS, *& mater* EVDOXIA, *nec non auus* THEODOSIVS *ſiti ſunt.* Atrium Baſilicæ porticibus inſtructum erat. Baronius ad annum D.LXIII. *Velim obſerues, hactenus perſeueraſſe veterem vſum,*

Lib. 1. pag. 348.

Cap. 46.

Cap. 11.

Cap. 5.

Baron. an. 337. n. 21.

Lib. 4. an. 423.

Lib. 14. cap. 58. an. 450.

An. 563. num. 18.

vſum; ne in Eccleſiis corpora defunctorum ſepelirentur: ſanctorum tantummodò Martyrum vel Confeſſorum ſepulturæ Eccleſia tunc temporis ſeruabatur. Hinc pluribus Gregorius Papa epiſtolis admonet, ſummoperè cauendum eſſe, ne in eâ, quæ dedicanda foret Eccleſia, aliquod corpus hominis cuiuſlibet, licet Chriſtiani, humatum eſſet. Alia exempla Romæ: Leo Mar- Lib.2.c.9. ſicanus in Chronico Caſſinenſi, de Othone II. Imperato- an.983. re: *Romam rediens, eodem tempore defunctus eſt; atque in labro porphyretico ſepultus,* IN ATRIO *Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, introeuntibus in Eccleſiæ ipſius paradiſum ad læ-* Lib.3. *uam.* Dithmarus Epiſcopus de eodem: *Terræ commendatus ad* INTROITVM *Orientalis paradiſi domus S. Petri, cunctis patet fidelibus.* Sic etiam de Elgaitâ Roberti Ducis vxore idem Marſicanus: *In Eccleſiæ paradiſo, ante Baſilicam Petri Apoſtoli, tumulari orauit.* Paradiſus, Francis dicitur *Paruis*; templi propylæum eſt, vel ſubdiale, vel opertum.

Baron. an.834. n.6. Exempla in Galliis: Ludouicus Pius Imp. ad Hilduinum S. Dionyſij Abbatem, de Pipino Rege Francorum auo ſuo: *Quantâ ſe humilitate* ANTE LIMINA *Baſilicæ SS. Martyrum, defuncto ipſius vitæ curriculo, ſepeliri præceperit, titulus etiam ipſius conditorij innoteſcit.*

Catellus lib.1. circa annum1088. Vrbanus II. Papa, qui ſedit ad finem ſæculi vndecimi, ad Guilielmum Comitem Toloſanum: *Quia te ſanctæ* MARIÆ *apud Toloſam omnino Eccleſiam diligere & honorare accepimus, tuis aſſenſum precibus, tuæ religionis deuotione concedimus, quatenus tibi tuæq; progeniei, illic Cimeterium conſtruas, & benedici facias.* Eodem ſæculo, Veſontione, liberæ Burgundiæ Metropoli, cœptum eſt Cœmeterium in imâ naui Eccleſiæ S. Stephani, vbi ſub tumbis humilibus octo Comites Burgundiæ ſepulti iacent. In veſtibulo templi Ciſtercienſis in Ducatu Burgundiæ, ſepulti ſunt tres Duces ſæculi duodecimi; nempe Odo Primus, Hugo Secundus, & Odo Secundus.

Iam

Iam reuertamur ad ſepulturam Dagoberti Regis. de illâ S. Audoënus in Vitâ S. Eligij: *Mortuus eſt Rex magnus, & inclytus* DAGOBERTVS, *& ſepultus in eâdem S. Dionyſij* BASILICA, *ſub arcu, in latere dextro.* Audoënus ſepulturæ locum ſingulariter non deſignat; de quo etiam latè Hermannus Contractus: DAGOBERTVS *Rex anno Regni ſui* XVI. *moritur, & in ſuburbano Pariſiaco* IN MONASTERIO *S. Dionyſij ſepelitur.* Albericus quoque indefinitè: *Obijt Rex* DAGOBERTVS, *qui multa bona contulit Eccleſiæ: ſepultus eſt* APVD S. DIONYSIVM *Pariſiis.* Baſilica antiquitus tribus conſtabat partibus; nempe Atrio, ſeu veſtibulo, quod arcubus & porticibus inſtructum erat; Aulâ deinde, quæ nauis erat; tum Sacrario, ſeu adyto, vbi Altare, Ciborium, & Sancta ſanctorum. Baſilicam S. Dionyſij à Dagoberto conſtructam, ſuum habuiſſe atrium conſtat ex ipſius Dagoberti præcepto, vbi *villas quaſdam confert Matricularijs Baſilicæ Domni Dionyſij, qui in præfatâ* BASILICA, *vel* ATRIO *eius deſeruiunt.* Aimoïnus Floriacenſis, apud quem legitur, *Dagoberti Regis corpus, conditum aromatibus, ſepultum fuiſſe in Eccleſiâ S. Dionyſij, in dextro latere ſepulchri illius Martyris*; multis locis librariorum culpâ interpolatus eſt; vt fuſè demonſtrauit D. Ioannes Lannoïus, Theologus Pariſienſis, vir felicis ingenij, & figmentorum euerſor accuratus, in Diſquiſitione, quam recèns edidit, de chartâ immunitatis S. Germani. Monachus Dionyſianus, qui ſcripſit geſta Dagoberti I. Regis, quem Andreas Cheſneus Dagoberti Regis æqualem exiſtimat, longè poſterior fuit; laudat quippe *chartam* VETVSTISSIMAM, *quam B. Audoënus ſcripſerat.* Audoënus ipſius Dagoberti Regis fuerat Referendarius, priuſquam fieret Rhotomagenſis Epiſcopus anno DC.XLVI. Vnde charta eius vetuſtiſſima, ſæculorum aliquot antiquitatem ſuperabat. Sugerius, S. Dionyſij Abbas, libro de Conſecratione Eccleſiæ à ſe ædificatæ, & tranſlatione

An. 640.

An. 644.

Cheſne tom. I. pag. 586.

Lib. 4. c. 35

Tomo I. pag. 572.

Cap. 43.

An. 646.

Pag.351. 357. an.1140. latione corporum S. Dionyſij ac ſociorum eius *(quæ adhuc ſuo loco mota non fuerant)* factâ anno M. C. XL. in quo meminit primi Eccleſiæ fundatoris Dagoberti; de illius tumulo iuxta Sanctorum corpora conſtituto, nullam mentionem Lib.12. fecit. VVillelmus Armoricus denique affirmat, corpus Philippi Auguſti, iuxta Dagobertum fuiſſe humatum: iſthæc ſunt eius carmina:

Inde iterùm tendunt ſancto cum corpore ſurſum;
Gaudeat vt ſanctus Dionyſius hoſpite tanto
Eccleſiam decorare ſuam, qua CORPVS HVMATVM
Petra tegit, IVXTA DAGOBERTVM: *Spiritus aulâ*
Fulget in Angelicâ, ductore receptus eodem.

Doublet. lib 4.c.9. Atqui Philippus Auguſtus ſepultus fuit retro altare S. Trinitatis, vbi erat principale Regum cœmeterium, poſtquam intra Baſilicam ſepeliendi corpora mos inoleuit. Ea ſunt, quæ me inducunt, vt credam, Dagobertum Re- An.644. gem recèns fato functum, in atrio Eccleſiæ Dionyſianæ, quam fundauerat, ſepultum fuiſſe, ex vſu in Eccleſiâ tunc An.1223. recepto: tranſlata dein fuiſſe eius oſſa, & humata retro Doublet. l.4.c.1. an.1267. altare S. Trinitatis, vbi adhuc iacebant tempore Philippi Auguſti: vltimoque ſub ipſo maiore altari recondita fuiſſe æuo S. Ludouici, tumuloque Liliato cum aliis decorata.

Tertia Triſtani obiectio eſt, de tumulo Ludouici Pij, Pag.45. Regis & Imperatoris, *Qui Metis extat*, ait, *cum arcâ ſepulchrali, ex marmore pario, conſperſa* LILIIS; *nec non & cubante ſtatuâ, cuius ſceptri acroterium Aquilâ & Lilio bipartitum eſt.* Lib.1. an.840. Nithardus de Imperatore illo: *In inſulâ quadam iuxta Moguntiacum,* XII. *Kal. Iulij obijt; quem Drogo frater eius, & Epiſcopus, atque Archicapellanus eius, Metis, ciuitate ſuâ, apud S. Arnulphum congruo honore ſepulturæ tradidit.* Martinus Meuriſſius, Madaurenſis Epiſcopus, de Ludouico eo- Lib.5. pag.209. dem ex S. Arnulphi ſchedis: *Corpus eius Metis ciuitatem, in Baſilicâ S. Arnulphi confeſſoris honorificè ſepultum eſt* IN

CAPI-

CAPITVLO. *Poſteà cùm Eccleſia fuit fabricata de nouo, tunc à monachis fuit poſitum in plagâ Auſtrali iuxta altare B. Stephani Protomartyris Chriſti; qui locus eſt proximus ſepulturæ Hildegardis Reginæ.* Loquitur Scriptor ille de corpore Ludouici Pij, primùm ſepulto in Aulâ Capitulari, ac deinde in alium locum tranſlato; de extante monumento, & iacente ſtatuâ, nullum verbum. Facta eſt autem illa Eccleſiæ S. Arnulphi noua fabricatio anno M. CC. XXXIX. vt benè probat laudatus Meuriſſius. Quo ſæculo, vel proximè ſequenti, erectum exiſtimo Imperatori Ludouico tumulum Liliatum: ad quod vehementer vrget Aquila illa biceps dimidiata in ſummitate ſceptri. Namque in Imperatorum Occidentalium ſigillis authenticis viſa non eſt Aquila, vel vniceps, vel biceps, ante ſæculum decimumtertium. Clypeus Friderici II. Imperatoris, qui obiit anno M. CC. XLV. viſitur in Eccleſiâ VVeſtmonaſterienſi, murali lapidi inciſus cum Aquilâ ſimplici, non bicipite. In ſigillo Caroli IV. Imp. apud Zilleſium, à dextris eſt ſcutum cum vnius capitis Aquilâ; à ſiniſtris ſcutum aliud cum Leone Bohemico. Factum eſt poſteà, vt vniceps Aquila eſſet Romanorum Regis; biceps, Imperatoris; vt in ſigillis Cæſarum Auſtriacorum videre eſt.

An. 1239. Lib. 1. pag. 29.

Spelman. pag. 36. an. 1245.

Quarto loco producitur à Triſtano tumulus Caroli Calui Regis & Imperatoris, qui ſitus eſt in medio choro Eccleſiæ S. Dionyſij: *Statua eius incurua*, inquit, *iacet in ſtrato æreo, quod* LILII FLORIBVS *reſperſum eſt: eiuſq́ tunica, chlamys & corona, floribus iiſdem decoratæ ſunt. Exceſſit è viuis anno* DCCC. LXXVII. *tranſlatus Vercellis ad iſtud regale Monaſterium, ſeptennio poſt quam viuere deſiiſſet.* Hoſpitem in Francicâ hiſtoriâ ſe oſtendit Triſtanus, dum dicit Carolum Caluum ab vrbe Vercellenſi ad Monaſterium S. Dionyſij fuiſſe tranſlatum. *Mortuus eſt* enim *Carolus, tranſito monte Ciniſio, in viliſſimo tugurio, quod* BRIOS *dicitur; quem aperientes*

Pag. 49.

Annales Bertin. an. 877.

O

rientes, qui cum eo erant, ablatis interaneis, & infuſum vino, ac aromatibus quibus poterant, & impoſitum locello, cœperunt ferre verſus Monaſterium S. Dionyſij, vbi ſepeliri ſe poſtulauerat: quem præ fœtore non valentes portare, miſerunt eum in tonnâ interiùs exteriuſq; picatâ, quam corijs inuoluerunt; quod nihil ad tollendum fœtorem profecit: vnde ad cellam quamdam monachorum Lugdunenſis Epiſcopij, quæ NANTOADIS *dicitur, vix peruenientes, illud corpus cum ipsâ tonnâ terræ mandauerunt.* Addunt Annales Metenſes: *Poſt aliquot annos oſſa eius tranſlata ſunt, & Pariſiis in Monaſterio S. Dionyſij honorificè ſepulta.* Iacobus Doubletus ex MS. Codice S. Dionyſij diſtinctiùs: *Dum corpus* CAROLI *Calui Imp. in Monaſterio* NANTVANI *per ſeptennium iacuiſſet, Rex & Proceres, conuocatis Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus, præcipuè S. Dionyſij Abbate Gualtero, honorificè à loco primæ ſepulturæ, vſque ad Eccleſiam B. Dionyſij detulerunt, &* IN CHORO MONACHORVM, *ſub altare, quod vocatur S. Trinitatis, ſepulturæ tradere curauerunt.* Iacebat adhuc ſub illo altari anno M.C.XLIII. tempore Sugerij Abbatis, cuius hæc ſunt verba: *Cauſam repoſitionis reliquiarum in eiſdem locellis inuenimus; videlicet quòd* KAROLVS *Imperator tertius, qui* EIDEM ALTARI *ſubiacet glorioſè* SEPVLTVS, *ad tuitionem animæ & corporis, le thecâ Imperiali eas ſibi aſſumi, & penes ſe reponi, Imperiali edicto aſſignauerat.* Carolum Caluum vocat *Imperatorem tertium*, quia ab auo ſuo Carolo Magno, Rex Franciæ, & ſimul Imperator tertius erat. Ab illo deinde monachorum choro, & altari S. Trinitatis, cui ſubiacebat, in chorum Eccleſiæ tranſlatus eſt, & in eius vmbilico conſtitutus, cum extante deſuper æreo monumento, quod nouum eſſe Fauchetus meritò arbitratur.

Lib. 4. c. 18 | An. 1143. | Pag. 347. | Lib. 10. c. 9

Pag. 49. Quintus & vltimus adductus à Triſtano tumulus, eſt Caroli Simplicis; de quo ſic ille: *Peronæ, in templo Cathedrali S. Furſci, videtur lapideum ſepulchrum* CAROLI SIMPLICIS,

PLICIS, *quod Papirius Maſſonus in ſuis Annalibus ait integrum proſtare, eiuſq; ſtatuam* LILII FLORIBVS *perſperſam eſſe.* Iſthæc autem ſunt Maſſoni verba: CAROLVS *in cuſtodiam ab Heriberto reductus eſt, in quâ fuit vſque ad annum* DCCCC.XXIX. *quo tempore* REGVM MISERRIMVS *Peronæ in vinculis deceſſit, vbi tumulus eius* LILIIS *aſperſus hodie quoque viſitur.* At Henricus Spelmannus peritè: *Monumentum* CAROLI SIMPLICIS, *ſolium exhibens* LILIIS *interſtinctum, ſtatim à morte eius editum non opinor; cùm & è Regno eiectus, & in carcerem detruſus, miſer & contemptus moreretur. Quærendum igitur, vnde recentior hic cultus in antiquorum monumentis? Legimus certè, Diuum* LVDOVICVM *Maiorum ſuorum tumulos inſtauraſſe & ornaſſe: quod & alios aliàs feciſſe quidni exiſtimemus?* Errorem haud abſimilem de ſcuto gyronato Comitum Flandriæ obſeruauit Oliuarius Vredius; *Quòd in S. Petri, Inſulis, aut alibi,* ait, *ſepulchris Comitum Inſignia illa cernuntur appicta, factum id recentius, multiſq; poſt eorum deceſſum annis. Neque adducor vt credam, vllibi hæc* SAXO VETERI, *aut ſigillo Comitis Flandriæ inſculpta demonſtrari.* Noui Mauſolæorum conſtructores priſcum morem Francorum non ſpectabant; ſed illum, qui ætate, quâ viuebant, apud Francorum Reges iam receptus erat. *Illi verò,* ait Blondellus, *qui ſimul ac in monumenta à recentioribus vel interpolata, vel primùm excitata inciderunt, ea vetuſtioribus imputarunt, miſeratione quàm confutatione digniores ſunt.* In eo errore verſatur Triſtanus, qui paſſim ſub Philippo Auguſto, & ſequentibus eum Regibus, liliata pleraque monumenta obtrudit, quæ antiquiorem liliati Symboli originem non probant.

Lib. 2. an. 929. Pag. 38. In Sigillis Comitũ, pag. 13. Tomo. 2. pag. 164.

CAPVT XVI.

De antiquitate Regiorum tumulorum cum iacentibus ſtatuis, iudicium Nicolai Peireskij, luculentis teſtimonijs confirmatum.

Pag 43. TRISTANVS, in Antidoto contra Sirmondum, Peireskium laudat, in ſupremâ Aquenſi curiâ Senatorem, *quòd ceteris nobilibus ſtudio notitiâq; antiquitatis præſtaret.* Sic autem in Peireskij vitâ Pe-
Lib. 2. an. 1605. trus Gaſſendus: *Litteras dedit ad Flayoſceum, quibus ſcripſit, ſe nondum quidem monumenta priſcorum Regum San-Dyonyſiana inuiſiſſe: ſed iam tamen falſi conuiciſſe tumulos extructos, tum* CLODOVEO *ad ſanctam Genoueſam, tum* CHILPERICO, *& quibuſdam alijs ad S. Germanum. Et paucis pòſt diebus, cùm eos expendiſſet qui ad S. Dionyſium, nihil potui comperire, inquit, quod ante Diui* LVDOVICI *tempora ſatisfecerit; exiſtimoq;, omnes illos antiquiſſimos tumulos tempore eodem, nec multò ante D. Ludouicum conſtructos. Denique, commendans* VETERA SIGILLA, *quæ coràm inſpexit, ectypiſq; expreſſa tulit ex archiuis Abbatiarum S. Dionyſij, S. Germani, S. Mauri, & ceterarum, vt in quibus continerentur germanæ effigies* CAROLI *Magni,* HLVDOVICI *Pij,* HLOTHARII *Imperatoris,* PIPINI *Regis Aquitaniæ,* KAROLI *Calui,* KAROLI *Simplicis, aliorumq; Regum ex ſecundâ ſtirpe; hæc ſanè, inquit, ſatis refellunt,* TVMVLOS *&* STATVAS *hiſce Principibus confectas ante quadringentos aut quingentos annos.*

Pag. 321. an. 1137. Sugerius, S. Dionyſij Abbas, in Vitâ Ludouici Groſſi, ad annum M.C.XXXVII. declarat, neque fas neque conſuetudinem tunc fuiſſe, ſepulta Regum corpora loco mouere: hæc ſunt eius verba, poſtquam egit de Ludouici Groſſi Regis obitu: *Cùm autem eâdem horâ corpus eius pretioſo*

pallio inuolutum ad Eccleſiam SS. Martyrum ſepulturæ deportaretur, & præceſſiſſent qui SEPVLTVRÆ LOCVM *adaptarent; vnum contigit, quod ſilentio præterire dignum non videtur. Cùm enim præfatus Rex nobiſcum conferendo, de* SEPVLTVRIS REGVM *aliquando, aut ſæpiùs ageret, felicem fore aſſerebat, qui inter Sacratiſſima ſanctæ Trinitatis & SS. Martyrum altaria ſepeliri mereretur; quoniam & Sanctorum ſuffragio, & aduentantium orationibus, peccatorum veniam obtineret; ex hoc ipſo tacitam ſuam voluntatem ſignificans. Cùm autem, antequam cum filio exiſſemus, cum venerabili Eccleſiæ Priore Herueo,* SEPVLTVRAM EIVS *ante altare ſanctæ Trinitatis, ex oppoſito tumuli* CAROLI *Imperatoris* (Calui ſcilicet) *mediante altari prouidiſſemus: occupato loco* CARLOMANNI *Francorum Regis (quia* NEC FAS NEC CONSVETVDO PERMITTIT REGES EXHOSPITARI*) quod propoſueramus, fieri non potuit. Vbi autem ipſe, quaſi quadam prognoſticâ, præoptauerat, attentantes, contra omnium opinionem (omnes enim impeditum locum æſtimabant) quantum nec plus nec minùs longitudini & latitudini corporis eius conueniebat,* LOCVM RESERVATVM *inuenerunt, vbi cum orationum & hymnorum frequentiâ, & celeberrimo deuotiſſimoq; exequiarum officio, more* REGIO DEPOSITVS, *reſurrectionis futuræ conſortium expectat.* Humilia tunc temporis adhuc erant Regum ſepulchra, & loco ſuo necdum mota. Quando id factum fuerit, propiùs inquiramus.

De Ludouico VII. Groſſi filio Vincentius Bellouacenſis: Pag. 3.
Anno Domini M.C.LXXX. LVDOVICVS *Rex piiſſimus,* L.27. c.22 an. 1180.
Philippi pater, in vrbe Pariſius obiit, & in Eccleſiâ S. Mariæ de ſacro Portu, quæ dicitur Barbeel, ſepultus eſt, quam ipſe fundauit. Super cuius corpus vxor eius ADELA *conſtrui fecit* SEPVLCHRVM *miro artificio compoſitum, ex lapidibus, & auro, & argento, & ære, ac gemmis ſubtiliſſimè decoratum.*

De Philippo Auguſto, Ludouici VII. filio, Rigordus in An. 1225.

geſtis eius: *Sepultus eſt in Eccleſiâ beati Dionyſij dignè & honorificè, ſicut tali & tanto Principi competebat.* Doubletus

Lib. 4. c. 9. de eiuſdem Regis ſepulturâ: *Corpus* PHILIPPI AVGVSTI *humatum fuit retro altare, dictum Trinitatis. Quod altare tranſlatum eſt ad locum vbi erat Ara maior, quando coronata eſt Maria Medicæa; quia chorus pro tali cæremoniâ nimis anguſtus erat, altari præbente impedimentum.*

An. 1226. De Ludouico VIII. Philippi Auguſti filio, Albericus: *Rex* LVDOVICVS *moritur apud Pancherij, iuxta ciuitatem Clarimontis in Aluerniâ,* VII. *Idus Nouembris, die ſabbati. Regnauit annis tribus cum quinque menſibus. Corpus eius relatum eſt apud S. Dionyſium, ibiq;* IVXTA PATREM *ſepultum. In hac Abbatiâ Reges* XVII. *requieſcunt.*

Hucuſque nihil habemus de ſepulchris Regum loco mutatis: quod tandem factum S. Ludouico regnante, quæ ſequuntur clarè oſtendent. Guilielmus Nangiacus in geſtis

An. 1231. S. Ludouici: *Anno Domini* M.CC.XXXI. *Ludouici Regis Franciæ quinto, Odo Clementis, Abbas S. Dionyſij in Franciâ, cœpit ex conſilio Regis* LVDOVICI, *& Reginæ matris eius Dominæ* BLANCHÆ, *aliorumq; virorum proborum & religioſorum, Eccleſiam B. Dionyſij renouare.*

Chronicon breue Eccleſiæ S. Dionyſij ad Cyclos Paſcha-

An. 1231. les, anno M. CC. XXXI. *Hoc anno cœpit* ODO *Abbas renouare Capitulum Eccleſiæ beati* DIONYSII, *& perfecit illud vſque ad finem chori; hoc excepto, quòd turris, vbi ſunt cymbala à parte reueſtiarij, non erat perfecta, nec voltatus erat chorus; ſed à parte ſancti Hippolyti totum erat perfectum, & etiam voltatum erat à parte veſtiarij.* Anno M. CC. LXIII. *Hoc anno*

An. 1263. *tranſlati ſunt, die ſancti Gregorij, Reges Odo, Hugo Capet, Robertus, Conſtantia Regina, quæ venit de Hiſpaniâ.* Anno

An. 1264. M. CC. LXIV. *Tranſlati ſunt Reges in dextro choro; ſcilicet Ludouicus Rex filius Dagoberti, Carolus Martellus Rex, Berta Regina vxor Pipini, Pipinus Rex, Hyrmintrudis Regina vxor*

vxor Caroli Calui, Kallomagnus Rex filius Pipini, Kallomagnus Rex filius Ludouici Balbi, Ludouicus Rex filius Ludouici Balbi. Illic dicitur tranſlatos fuiſſe Reges, hoc eſt Regum corpora; non verò Regum extantes cum ſtatuis iacentibus tumulos, qui nulli adhuc erant. Sic enim, triennio poſt, Chronicon aliud Dionyſianum apud Doubletum: Lib.4.c.11 an.1267.
Anno Domini M.CC.LXVII. *in Eccleſiâ B. Dionyſij, per præceptum Regis* LVDOVICI, *& obedientiam Reuerendi in Christo Patris Matthæi, eiuſdem Eccleſiæ tunc Abbatis*, REGVM FRANCORVM *ibidem quieſcentium facta eſt* TRANSLATIO. *Reges enim & Reginæ de genere* CAROLI MAGNI *deſcendentes, ſimul in dextrâ parte Monaſterij, per duos pedes & dimidium*, COLLATIS IMAGINIBVS, ELEVATI *poſiti ſunt. Alij verò ex genere* HVGONIS *Capucij procedentes, à ſiniſtrâ collocati.* En, Triſtane, initia tumulorum extantium, & cubantium in illis ſtatuarum, iuxta Peireskij ſententiam, qui omnes ſimul erectos rectè putat, ante quadringentos aut quingentos annos. Fauent eius iudicio antiquiora Ducum Brabantiæ noſtrorum monumenta. Primum eſt Henrici I. qui mortuus anno M.CC.XXXV. humatus eſt Louanij, in Æde An.1135.
S.Petri: Alterum eſt Henrici II. qui obiit anno M.CC.XLVII. 1247.
conditus in Eccleſiâ Villarienſi: Tertium eſt Henrici III. anno M.CC.LXI. defuncti, qui in templo Dominicanorum 1261.
Louanij tumulatus eſt. Horum omnia eminentis ſtatus ſimulachra velut in lecto funebri decumbunt, ab æuo S. Ludouici Francorum Regis, quo ipſi è viuis exceſſerunt. Verè ergo Spelmannus in Aſpilogiâ: *Legimus certè, Diuum Ludouicum Maiorum ſuorum tumulos inſtauraſſe & ornaſſe; quod & alios feciſſe quidni exiſtimemus? neque enim me ſemel torſit hoc deceptionis genus.* Ioannes Tilletus, qui ſepulchrales ritus Regum Franciæ primus luci dedit, refert morem fuiſſe, vt defuncto ſtatim Rege, cerea eius imago effingeretur, quæ cubili impoſita, ſolemni more veſtita, Liliiſque Pag.39.

deco-

decorata, per octo aut decem dies in Aulâ omnibus videnda manebat; cui intereà officia eadem exhibebantur, quæ
Lib.2.c.24 an. 814. viuo Rege ſolebant. Notat Belleforeſtius, morem illum in vſu non fuiſſe ſub Carlouingis Regibus; propptereà quòd legatur, corpus Caroli Magni tumulo conditum fuiſſe ipſo
In Vitâ Carol.M. die, quo viuere deſierat. Eginhartus clarè: *Omnium animis ſedit, nuſquam eum honeſtiùs tumulari poſſe, quàm in eâ Baſilicâ, quam proprio ſumptu in eodem vico conſtruxit: in hac ſepultus,* EADEM *quâ defunctus* DIE. Quod autem Belleforeſtius in ſecundâ Regum ſtirpe, ego obſeruo
In Vitâ Groſſi. an.1137. in tertiâ. Scribit enim Sugerius, teſtis oculatus, LVDOVICVM *Groſſum Regem* (qui mortuus eſt anno M. C. XXXVII.) *ſpiritum emiſiſſe Kal. Auguſti;* EADEMq́ HORA *corpus eius pretioſo pallio inuolutum, ad Eccleſiam SS. Martyrum ſepulturæ deportatum.* Exiſtimo igitur conſuetudinem illam, cereas Regum effigies in lecto conſtituendi, primùm ortam, poſtquam ætate D. Ludouici, vel ab eius exceſſu, ſepulchra Regum in lectorum formam, & iacentium in iis ſtatua-
Lib.4.c.6. an.1261. rum erecta ſunt. Codex MS. S. Dionyſij, apud Doubletum, de ſepulturâ S. Ludouici: *Miſſis ſolemniter celebratis, oſſa ſacroſancta Regis retro altare S. Trinitatis, iuxta patrem ſuum* LVDOVICVM *Regem inclytum, & auum ſuum* PHILIPPVM AVGVSTVM, *in* TVMVLO LAPIDEO *locantur; inſignantes* POSTMODVM *tumbâ mirabili monumentum, cuius operis cælatura, auri & argenti ditante materiâ, quæ in mundi principio artificum operibus excedentes, vt creditur, ſupereminet vniuerſis.* Poſt S. Ludouicum Regem deinde ſtructa ſunt marmorea ſepulchra Regibus è terrâ eleuata, cum iacentibus velut in lecto ſtatuis. Id paſſim obſeruauit Doubletus, cuius appono Gallica verba de Iſabellâ Aragoniâ Philippi Tertij
Lib.4. c.7. An. 1270. Regis vxore: *Le tombeau eſt de marbre noir, l'effigie de laquelle de marbre blanc eſt couchée* SVR VN LIT *de marbre noir.*
Cap.31. 1327. De Carolo quarto Rege: *Le tombeau eſt de marbre noir, auec l'effi-*

l'effigie de marbre blanc, couchée DESSVS VN LIT *de marbre noir.* De Ioannâ Burgundâ, Philippi Valeſij vxore primâ: Cap 33. *Le tombeau eſt de marbre noir, & l'effigie de marbre blanc,* SVR 1349. VN LIT *de marbre noir.* De Philippo Valeſio Rege: *Le tom-* Cap.34. *beau eſt de marbre noir, auec l'effigie de marbre blanc,* SVR VN 1350. LIT *de marbre noir.* De Ioanne Rege: *Son tombeau eſt de* Cap.35. *marbre noir, & ſon effigie de marbre blanc, couchée* SVR VN 1364. LIT *de marbre noir.* De Margaretâ Comitiſsâ Flandriæ, fi- Cap.46. liâ Philippi Longi Regis: *Vn tombeau de marbre noir, auec* 1382. *l'effigie de marbre blanc,* SVR VN LIT FVNERAL *de marbre noir.* De Carolo VI. Rege, & Iſabellâ Bauarâ eius vxore: Cap.38. *Leurs effigies ſont de marbre blanc,* SVR VN LIT *de marbre* 1422. *noir.* De Carolo VII. Rege, & Mariâ Andegauenſi eius Cap.40. vxore: *Le monument eſt de marbre noir, auec les effigies de* 1461. *marbre blanc,* SVR VN LIT *de marbre noir.* De Ludouico XII. Rege, & Annâ Britannâ eius vxore: *Deſſus* DES Cap.50. LITS MORTVAIRES *ſont deux effigies & repreſentations des* 1515. *corps morts & decharnez.* De Franciſco I. Rege, & Claudiâ eius vxore Iacobus Breülius: *Les corps deſquels ſont en* Lib.4. *core repreſentez,* SVR LEVR LIT FVNERAL, *comme morts* 1547. *& decharnez.* De Henrico II. Rege, & Catharinâ Medi- Cap.56. cæâ eius vxore, rurſum Doubletus: *Au deſſus du premier* 1549. *eſtage, ſont les effigies eſleuées en boſſe, couchées de leur long, comme* SVR VN LIT *mortuaire.*

Obiici tamen poteſt, Reges S. Ludouico antiquiores, in eodem ſepultos S. Dionyſij templo, ſuas habere cubantes etiam ſolidæ molis effigies. Ait enim Corrozetus, *in ſepul-* Pag.25.a. *chro Dagoberti Regis imaginem eius lapideam extantem eſſe.* 26.b Item, *Simulachra Regum Kallomanni Pipino geniti, Odonis, Hugonis Capeti, Roberti, Henrici, Ludouici Groſſi, & Philippi eius filij, ſtructa eſſe ex lapide.* Doubletus etiam ſic de pluribus diſtinctè; de Dagoberto I. Rege: *Son effigie eſt repre-* Lib.4.c.1. *ſentée apres le naturel, de relief en* PIERRE DE LIAIS. De

Cap.12. Clodoueo II. Rege, Dagoberti filio: *Le monument, & effigie, eſt de* PIERRE DE LIAIS. De Carolo Martello: *Le*
Cap.13. *tombeau de Charles Martel, & ſon effigie veſtüe à la Royale, tout ainſi que les autres Roys de France, ſont de* PIERRE DE
Cap.2. LIAIS. De Pipino Rege, & Berthâ eius vxore: *La ſepulture eſt baſtie de* PIERRE DE LIAIS, *comme les effigies de l'vn &*
Cap.5. *de l'autre.* De Regibus Ludouico & Carlomanno fratribus: *Le tombeau eſt, auec leurs effigies releuées en boſſe, de* PIERRE
Cap.14. DE LIAIS. De Odone Rege: *Son monument & effigie ſont de*
Cap.15. PIERRE DE LIAIS. De Hugone Capeto Rege: *Le tombeau,*
Cap.22. *& auſſi l'effigie, ſont de* PIERRE DE LIAIS. De Roberto Rege, & Conſtantiâ eius coniuge: *Giſent ſoubs vn tombeau de* PIERRE DE LIAIS, *& leurs effigies auſſi; dont les veſtemens ſont remplis de* FLEVRS DE LIS, *eſleuées en boſſe, comme auſſi en tous les autres tombeaux des autres Roys, qui ſont*
Cap.23. *de* PIERRE DE LIAIS. De Henrico I. Rege: *La ſepulture eſt de* PIERRE DE LIAIS. Vnde autem aduectus fuerit ille lapis Doubleto dictus DE LIAIS, nemo quod ſciam hactenus inquiſiuit.

Anno M.C.XXXVIII. cùm de columnis, & viuæ rupis grandioribus ſaxis Sugerius Abbas ſollicitus eſſet pro ex-
Lib. de Conſecrat. Eccleſiæ. ſtructione nouâ Baſilicæ Dionyſianæ: *Materia validiſſima,* inquit ille, NOVA QVADRARIA, *qualis & quanta numquam in partibus iſtis inuenta fuerat, Deo donante occurrit.* Deinde poſt nonnulla: *Locus quippe* QVADRARIÆ *admirabilis, prope* PONTISARAM *caſtrum* [Pontoiſe] *terrarum noſtrarum confinio collimitans, vallem profundam non naturâ, ſed induſtriâ concauam, molarum cæſoribus ſui quæſtum de antiquo offerebat: nihil egregium hactenus proferens, exordium tantæ vtilitatis, tanto & tam diuino artificio, quaſi primitias Deo, ſanctiſq; Martyribus, vt arbitramur, reſeruabat.*

In Pariſienſi agro, extrema inter ſuburbia, à ſanctis Iacobo & Germano denominata, lapis effoditur coloris ci-

nerei,

nerei, ſeu griſei albeſcentis, qui aſpergine & gelu non rumpitur in teſtas, & contra vetuſtatem quoque permanet incorruptus: eo vtuntur ad anaglypta, columellas, atlantes, toreumata, atque ad LIGANDAS, ſeu compingendas molibus ſtructurarum quadrantales feneſtras, decumana oſtia, & diabathra: vnde forſan *à ligando* vocarunt *Lapidem ligationis*, Gallicè PIERRE DE LIAIS. Reuerà ſi lapidicina illa Pariſienſis, quæ altero tantùm milliari à fano Dionyſiano diſtat, in vſu iam fuiſſet Sugerij Abbatis ætate, ipſe aliam, ſeptem leucarum tractu ab eodem fano diſſitam, ad Pontiſaram caſtrum minimè perquiſiuiſſet.

Exiſtimarim ergo (nî coniectura fallat) lapidem illum ſepulchralem, à Doubleto toties memoratum, ab illâ poſtmodum Pontiſarenſi fodinâ petitum fuiſſe, ad monumenta Regibus S. Ludouico antiquioribus extruenda; Doubletumque, Scriptorem muſteum, non priſcum illum lapidem ſpectaſſe; ſed eum, qui ſuâ ætate apud Pariſios effodiebatur, qui colore ac duritie Pontiſarenſi diſſimilis non erat; errore Hiſtoricis familiari, qui inter commendandos fluuios, montes, vrbes, maria, regiones, ceteraque eiuſmodi, iis nominibus res nuncupant, quæ quingentis etiam annis poſt eam ætatem, quâ de agitur, eis indita fuerant.

Vtut ſit, cùm illi Regum S. Ludouico antiquiorum tumuli ex eodem lapide, eodemque rudi opere ſtructi ſint omnes, ſatis ſuperque oſtendunt, ſequioris æui monumenta eſſe; & ex eo vel maximè, quòd Doubletus de Roberti Regis ſepulchro agens affirmet, *In regijs omnibus ex illo lapide de* LIAIS *tumulis, veſtimenta Regum* LILII FLORIBVS *anaglyptis reſperſa eſſe.* Quos quidem flores conſtat à Francorum Regibus non geſtatos ante LVDOVICVM FLORVM, duodecimi ſæculi Regem. Vide ſuprà cap. 9.

Oſcitanter quoque Doubletus ait, ſepulchralem Dagoberti Regis effigiem, merum eius viuentis vultum exprime-

re; *repreſentée aprés le naturel:* quandoquidem Peireskius, qui monumenta Regum vetuſtiora viderat, & ad germanas Regum, ex authenticis ſigillis, imagines contulerat, affirmarit, *Poſitas illis Principibus ſtatuas ante quadringentos aut quingentos annos; ſeq́ apud S. Dionyſium nihil comperiſſe, quod ante S. Ludouici tempora ſatisfecerit.* Iſthoc ergo Rege in viuis agente, ſepulchra Regum antiquiora iuſſu eius loco mota, ex lapide Pontiſarenſi ſtructa ſunt, & ſimulachris extantibus aucta; atque poſt eius exceſſum, ſequentibus Regibus ſtrui cœperunt ex nigro marmore monumenta, cum iacente ſtatuâ ex marmore albo; vt ex Doubleto ſuprà oſtendimus.

CAPVT XVII.

Lilium hortenſe candidum deſcribitur & illuſtratur. Triſtanus Botanices minimè gnarus, ſibi contrarius eſt, & blaſphemus.

LVDOVICVS Florus Francorum Rex FLORES pro teſſerâ primus aſſumpſit, & LILIA vocauit: cuius autem ſint generis, capiendum à Florâ conſilium. Prima Lilij ſemina dedere terris ſtillæ deciduæ Caſſianus Baſſus l.11.c.20. lactei circuli, ſi iis fides, qui de Lilio ſic fabulantur: *Cùm Iuppiter Herculem ex Alcmenâ genuiſſet, eſſetq́ mortalis eâ gratiâ Hercules, immortalitatis participem facere cupiebat; & propterea ipſum adhuc infantem Iunonis dormientis vberibus admouit. Infans igitur lacte ſatur, os à papillâ dimouit: lac tamen nihilominùs vbertim fluebat, etiam puero amoto: & quidquid eius in cælo diffuſum eſt,* LACTEVM CIRCVLVM *effecit; quod in terram dilapſum, eiuſq́ glebas tinxit, idipſum* FLOREM LILII *produxit, quòd ſimilitudine lactis colorem exprimit.* Vnde IVNONIS ROSAM poſteri appella- Lib.21.c.5 uere. Sic autem Lilium à Plinio deſcriptum eſt: *Roſa*

nobilitate proximum eſt, & quadam cognatione vnguenti oleiq́, quod Lirinon appellatur. Et impoſitum etiam maximè



*roſas decet, medio prouentu earum incipiens. Nec vlli florum excelſitas maior, caule interdum cubitorum trium; languidò ſemper collo, & non ſufficiente capitis oneri. Candor eximius floris * foris ſtriati, & ab anguſtijs in latitudinem paulatim* * Ita MS. cod.

ſeſe laxantis, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, TENVIQ, PILO, *& ſtamine; ſtantibus in medio crocis. Ita odor colorq. duplex, & alius calycis, alius ſtaminis, differentiâ anguſtâ.*

NOTATIONES.

ROSÆ NOBILITATE PROXIMVM EST.] Roſa florum Anacreon. dicta eſt Regina: vnde & ipſa κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur *Flos*, quia *eſt honos decuſq. florum.* Leucippe virgo apud Lib. 2. Achillem Statium: *Si regem floribus conſtituere Iuppiter voluiſſet, non alium certè quàm* ROSAM *tali honore dignatus eſſet: hæc eſt terræ ornamentum, plantarum ſplendor, oculus florum, prati purpura, pulchritudo coruſcans.* Hinc librum ſuum Lib. 21. cap. 4. 5. 6. de coronamentis & floribus incipit Plinius à Roſâ; Lilium deinde Roſæ nobilitate proximum facit; violis poſtmodum honorem tertium aſſignat.

Ecloga 10. v. 25. NEC VLLI FLORVM EXCELSITAS MAIOR.] Virgilius:

Venit & agreſti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & GRANDIA LILIA *quaſſans.*

Lib. 2. Faſt. Ouidius de Tarquinio:

Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis,
Septus humum riuo lenè ſonantis aqua.
Illic Tarquinius mandata latentia nati
Accipit, & virgâ LILIA SVMMA *petit.*
Nuntius vt rediit, decuſſaq. LILIA *dixit;*
Filius, Agnoſco iuſſa parentis, ait.

Tarquinius vt firmiſſimum obtineret dominatum, Lilia ſumma decuſſit, hoc eſt papauera, & Lilia, flores eminentiores, quibus indicabantur Primores ex vrbe Gabiniâ.

Lib. 5. Met. CANDOR EIVS EXIMIVS.] Ouidius de Proſerpinâ:

Ludit, & aut violas, aut CANDIDA LILIA *carpit.*

Lib. 1. Martialis:

Toto CANDIDIOR *puella cygno,*
Argento, niue, LILIO, *liguſtro.*

Proper-

Propertius de Tarpeiâ: Lib.4.

Sæpè tulit blandis ARGENTEA LILIA *Nymphis.*

EFFIGIE CALATHI.] Plinius poſtquam Lilium deſcripſit: *Eſt* FLOS *non diſsimilis illi in herbâ, quam* CONVOLVVLVM *vocant, naſcens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantùm referens, ac veluti naturæ rudimentum,* LILIA *facere condiſcentis.* Flos Conuoluuli, Gallicè *Lizeron*, calathum, ſeu caniſtrulum formâ meliùs refert, quàm Lilium; huius enim primaria dumtaxat deſignatio eſt, quaſillo in ſenas partes non diuiſo. Lib.21.c.5

STANTIBVS IN MEDIO CROCIS.] Ioannes Bauhinus deſcribens Lilij flores: *Colore lacteo,* SENIS *pinguibus* REPANDIS FOLIIS *calathum imitati: in quorum medio* STILVM *longiuſculum, ex albo viridantem* TRISVLCVM *circumſtant* STAMINA *folijs numero & colore paria, quibus* APICES *inſident* CROCEI. Iſidorus: STAMEN *dictum, quod rectum ſtat.* Plinius de Rosâ: *Paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calycis medio ſui* STANTES *complexa luteos* APICES. Item de flore Lilij: *Tenuiq́;* PILO, *&* *ſtamine,* STANTIBVS *in medio* CROCIS. Hos indicauit Iſidorus hiſce verbis: LILIA, *quaſi Liolia; quorum etſi candor eſt in folijs,* AVRI *tamen* SPECIES *intus refulget.*. Illi apices lutei, Vopiſco *flores* ſunt, apud quem Callycrates Tyrius tradit, *In chorte mulieris fatalia ſcientis, nato Aureliano,* ROSAS *exiſſe* PVRPVREAS, *odoris roſei,* FLORIS AVREI. Plinius de Roſis: *Tardiſsimè proueniunt ſemine, quod in ipſo cortice eſt* SVB IPSO FLORE, *opertum lanugine.* Sub ipſo flore, explico, ſub apicibus luteis in calycis medio ſtantibus, quos Vopiſcus *Flores* vocat. Lib.19. cap.13. Lib.19. cap.28. Lib.21.c.5 Lib.17.c.9 Lib.17.c.9 In Aureliano. Lib.21.c.4

Nunc de albi Lilij ſtilo medio: Plinius vocat *Tenue pilum*, id eſt piſtillum, Gallicè *Pilon:* Dalechampius: *Longiſsimum apicem, in extremo quadantenus rotundum, herbacei coloris,* NOLÆ PLECTRO *ferè ſimilem.* Nicander Lib.15.c.1

Lib.15. cander libro ſecundo Georgicorum, apud Athenæum:

[Σπερματίνην κάλυκες κεφαλήγονοι] ἀντελέουσιν
[Ἀργήεις πετάλοισι] κρόκῳ μέσα χροιωθεῖσαι,
Ἃ κρίνα, λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν,
Οἱ δὲ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ' Ἀφροδίτης
[Ἤριπε] γὰρ χροιῇ. τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὄνειδος
Ὅπλον βρωμήτao διεκτέλλον πεφάτισται. Id eſt:

Seminis plenos loculos in ſummis capitibus generant
NIVEIS *floris folijs*, CROCEO *colore in medio tincta*
LILIA, *quæ* LEIRIA *nuncupant alij Poëtæ:*
Ambroſiam alij; multi, VENERIS OBLECTAMENTVM;
Quoniam Diuæ color is placet. At in floris medio turpe
Armamentum rudentis aſini prominet, quod membrum dicitur.

Quod Veneri in deliciis Lilium erat, poſteà fuit odioſum, propterea quòd de candore cum deâ decertaſſet. Nicander idem in Alexipharmacis:

Ἄλλοτε δὲ σμύρνειον εὐτριβές. ἄνυσο δ' αὐτὴν
Ἶριδα λειριόεντε χάρῃ· τότ' ἀπέστυγεν Ἀφρώ,
Οὕνεκ' ἐριδμαίνεσκε χροιῆς ὕπερ, ἐνδέινυθεν οἷς
Ἀργαλέην μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε
Δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσασα κορύνην. Id eſt:


Interdum verò Smyrnium benè tere & cape
Irida, & LILII FLOREM, *quem Venus odio habet,*
Quia certauit de colore: in medijs verò folijs
Graue probrum impreſſit,
Aſini veretrum intus formans.

Lib.3. Madaurenſi Philoſopho in aſinum ſe commutanti, *na-*
Met.8.10. *tura creſcebat*, hoc eſt *nouiſſima corporis pars*; quam alio lo-
Lib.55. co vocat *Vaſtum genitale*, ſiue aſininum. Pierius Valeria-
cap.12. nus: *Licet pulchra & delicata* LILIA *ſint; ea tamen inuiſa Veneri, ait Nicander, quòd olim de candore cum deâ certare voluerit; eamq; indignatam* LILIA *in aſini pudendi formam*
In Lilio. *tranſmutaſſe.* Iac. Aug. Thuanus ad Lilium Francicum:

FLOS

FLOS *florum*, FLOS REGIE, *Flos Paſtiq́, Paphiq́,*
Audiat ipſa Venus licet, inuidioſa roſetis:
Nec candore deæ, ſit fas, certare recuſet;
Aut FOEDAM *metuas irato à numine* POENAM.

In veteri Achate, quam hîc æri inciſam habes, ſcalptus



viſitur lilij flos hians, ac velut parturiens, ex quo prodeunt hinc inde ſtamina cum ſuis crocis; & loco pili medij, ſeu clauæ genitalis aſininæ, Amor erumpit nudus & alatus, in ſuâ ſibi placens formâ, quam in ſpeculo contemplatur. *Nihil eſt fecundius lilio*, inquit Plinius, *vnâ radice* Lib.21.c.5 *quinquagenos ſæpè emittente bulbos.* Ex tot bulbis tot exurgunt caules: & quot in cuiuſque capite ſunt flores, tot ſunt pila, quæ obſcœni amoris locum obtinent. Ad illos Statius videtur alluſiſſe, vbi florum hilaritatem funere terminari ait, & Cupidines ſic alloquitur: Lib.3. Syluar.

Illa SAGITTIFERI *circumuolitaſtis* AMORES
FVNERA, *maternoq́ rogos vnxiſtis amomo.*

Illam quoque amorum pluralitatem ita Claudianus expreſſit:

Mille PHARETRATI *ludunt in margine* FRATRES,
Ore pares, æuo ſimiles, GENS *mollis* AMORVM.

Pilum igitur in flore lilij medio proles Veneris eſt, Cupido eſt, qui Venere natus creditur: quotq́ue in lilij plantâ flores, tot ſunt pila, tot Cupidines, tot obſcœna ſimulachra.

Illam lilij ſpurcitiam & obſcœnitatem agnouit ipſe Triſtanus, vbi ſic ad Numiſma Saloninæ: *Docet nos Ouidius, Martem à Iunone genitum abſque vllâ Iouis copulâ, mediante* FLORE, *ſupra quem Flora dea illum tranſire fecit. At ego florem illum fuiſſe lilium debeo credere, tum propter eius* CLAVAM *in formam* PRIAPI, *aut* PHALLI *factam, quæ lilij medio inſerta eſt; tum quia Clemens Alexandrinus notat Iunonem* LILIIS *delectari.* Hæc autem ſunt Ouidij carmina quæ Triſtanus indicauit:

Tomo 3. pag. 98.

Lib. 5. Faſt.

Quod petis, Oleniis, inquam, tibi miſſus ab aruis
FLOS dabit: eſt hortis vnicus ille meis.
Qui dedit hunc, dixit: Sterilem quoque tange iuuencam,
Mater erit: tetigi, nec mora, mater erat.
Protinus hærentem decerpſi pollice FLOREM:
Tangitur, & TACTO *concipit illa* SINV.
Iamq́; grauis Thracen, & læua Propontidis intrat;
Fitq́; potens voti, MARSq́; *creatus erat.*

Pag. 17.

Iam verò ſecum pugnat Triſtanus, vbi de Lilio candido hæc ſunt eius verba: *Non poſſum quin certò affirmem, ſceptrum admirabile, quod regaliter videmus eminere in medio diuini* FLORIS LILII, *quod ſummo caule ſuo decoratum eſt tribus nodulis in vnum coëuntibus, referre altiſſimum & ineffabile myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ vna eſt in tribus perſonis.* Dictum Numini ſummo contumelioſum: quod obſcœnam clauam, in formam Priapi, aut Phalli factam, Triſtanus anteà vocauit, ad Diuinam maieſtatem ſacrilego calamo nunc traducit delirus, & blaſphemus.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Lilium Francicum cum hortenſi comparatum; non huius, ſed Lilij cæleſtis ſpecie figuratum. Ars Heraldica à Triſtano non intellecta.

CONTENDIT Ioannes Triſtanus, Lilium Francicum eſſe florem Lilij hortenſis albi, quod iam deſcripſimus. Eaque fuit ſententia Petri Ronſardi, vbi de Clodoueo primo Rege fabulosè cecinit: Lib.4. Franciad.

Vois tu CLOVIS, *grand honneur des Troyens,*
Qui le premier abhorrant les payens,
Et des gentils les menteuſes eſcoles,
Pour ſuiure CHRIST *laiſſera les idoles,*
Donnant Bapteſme aux François deuoyez:
Et lors DV CIEL *luy ſeront enuoyez,*
Vn ORIFLAME, *étandart pour la crainte*
De ſes haineux; & L'AMPOVLE *tres-ſaincte,*
Huile ſacrée, onction de tes Roys.
Son ECVSSON *deshonoré de* TROIS
CRAPAVX *bouſis pour ſa vielle peinture,*
Prendra DES LYS *à la* BLANCHE TEINTVRE,
PRESENT DV CIEL. *Dieu, qui le choiſira,*
D'honneur, de force, & de bien l'emplira.

Ego contrà affirmaui, neque formam, neque colorem reſpondere. Ad formam quòd attinet; Lilij candidi flos à Plinio deſcribitur *calathi effigie*, quæ in Francico non apparet. *Francica Lilia*, ait Tenneurius, *medium folium habent reliquis eminentius, cùm tamen æquale eſſe deberet*. Pag.112. Dixerat autem paulò antè: *Id ſanè errore pictorum acciderit neceſſe eſt, qui* FLOREM *ſic expreſſum venuſtiorem fore* FORTASSE *imaginati ſunt.* Goropius Becanus ſcitè: *Scio in ſymbolis non accuratam ſemper picturæ rationem obſeruari. Sed & illud ſcio,* Lib.4. Francic.

aliqua ſaltem tenus res ipſas lineamentis eſſe repræſentandas. Quod ſi quis CALATHVM *depicturus,* LILIVM, *quod in Francorum ſcuto videmus, imitaretur, an non eum velut communis ſenſus expertem, & ne grillis quidem pingendis iudicaremus admittendum?* Quod ait Becanus, id oſtendit αὐτοψία, apud
Pag.211. Marcum Vulſonium, & Syluestrem Petraſanctam, in ſcu-
pag.485. 486. tis quorumdam Nobilium, qui Lilia hortorum argentea, calathi ſeu nolæ effigie, ab antiquo prætulerunt in areâ cæruleâ. Lilia ergo hortorum candida Francico modo figurare, nihil eſt aliud, quàm illa cum deprauatione, ac naturæ iniuriâ, propriâ formâ exuere.

Lib.21.c.1 Nunc de pigmento. *Colores,* ait Plinius, *homini non tam facile eſt recenſere, quàm rerum natura pingere.* Ipſa Chloris numerare non valuit, quæ ſic loquitur apud Naſonem:

5.Faſt. *Sæpè ego digeſtos volui numerare* COLORES,
Nec potui: numero copia maior erat.

Anaſtaſ. cap.12. p.165. Pag.76. Dixi ego, *Francica Lilia, quia aurea ſunt, non eſſe Lilia hortenſia, quæ candore excellunt.* Ait Triſtanus, *inde concludi, omnia ſcuta ſymbolica, animalibus figurata, eſſe falſa: exemplo eſſe leones & pardos, qui nigri, virides, rubri, & albi pinguntur; cùm tamen nulli tales in rerum naturâ reperiantur.* Leones in ſcutis gentilitiis vſque adeò ſunt frequentes, vt eos qui parmam ſymbolicam nondum ſibi compararunt, vetus Gallica paroemia admoneat de ſumendo Leone: *Qui n'a armes, prenne vn Lyon.* Magna eſt in Lybiâ leonum monſtrifica varietas; maior in arte ſcutariâ; propterea quòd ſacri milites, qui in Syriam iter aggrediebantur, ſe in hoſtes Fidei non aliter ferri profitebantur, quàm leonum inſtar aduerſus imbelles feras. Vnde illa in Belgicorum Principum ſcutis ferarum eiuſmodi diuerſitas in ſchemate, colore & metallo, vt in bellis ab inuicem diſtinguerentur. Reges Francorum, qui ſæculo duodecimo Lilia ſoli geſtabant, diſcrimine non indigebant. Hæc autem ſunt verba Ioannis Luſitaniæ Regis

ad

ad Nobiles, quos in equeſtrem Ordinem adlegerat: *l'Ordre de Cheualerie eſt ſi noble, & ſi haute, que nul ne ſçauroit penſer : & ne doit Cheualier eſtre à ordure, n'a vileté, n'a coüardie : mais doit eſtre fier & hardy* COMME VN LYON, *quand il a le bacinet en la teſte, & il voit ſes ennemys.* At quantò magis Principes Regio ſatu? Froiſſart. Vol. 3. c. 14 an. 1385.

De floribus teſſerariis Ioannes Hollanderus: *Aduertendum eſt id quod vulgò dici ſolet,* ARTEM IMITARI NATVRAM. *Nequid igitur contra decorem pingatur, obſeruanda eſt earum rerum natura, quæ in armis ponuntur. In* FLORIBVS *hoc conſiderandum, ne* CONTRA EORVM COLORES, *magnitudinem conſuetam, & naturalem, ſiue ingenitam, locum in quo naſci ſolent, quid peccetur. Idem in fructibus & arboribus. Quamobrem inepta iudicabuntur* ARMA, *in quibus Hyacinthus, Narciſſus,* LILIVM*ve picta ſint viridia, eaq́ naſcentia in rupe, quibusq́ inſideat accipiter, aut aquila; cùm hæc* GENERA FLORVM *nec eo colore reperiantur, nec tali loco naſcentia, neque tantæ magnitudinis, vt naturaliter queant tantum pondus ſuſtinere.* Inuenta, & additamenta artis, ſunt infra pulcherrimos naturæ fœtus. Sanmarthani fratres has alias adferunt rationes: *Aux Armes de France les* LIS *ſont d'*OR, POVR ENQVERIR, *& ſignifier* LA PRESEANCE *& excellence des Monarques de* LIS, *par deſſus tous les Roys du monde. Et pour la meſme raiſon, le champ eſt d'azur, couleur la plus riche de toutes, & qui repreſente celle du ciel.* Sed nec argumenta illa pondus habent : hoc eſt enim Heraldicum ſolemne pronuntiatum: *Si area ſcuti ſit colorata, ſymbola aurea ſunto, vel argentea. Coloratis verò ſymbolis, laterculus ſcuti metallicus eſto.* Nec metallum ergo metallo, nec colori color ſuperponi debet. Quod ſi aliquando fieri contingat, ſcuta eiuſmodi ſymbolica erunt cauſæ percontationis & inueſtigationis. *(Armes pour enquerre, ou, pour enquerir)* Hoc eſt, erunt teſſeræ Erotematicæ, ac POSTVLATITIÆ; vti eâ

Lib. de Nobilit. pag. 108.

Lib. 1. c. 12

formâ inſtitutæ, de quâ PERCONTEMVR, & PERCONTANDO, Heroïs eas geſtantis virtutem ſingularem condiſcamus. Exemplum eſto de Godefridi Bullionæi ſcuto, in quo areæ argenteæ aurea crux patibulata eſt impreſſa, cum quatuor minuſculis eiuſdem metalli, ad latera item iugatis: nempe vt quotquot rem inuſitatam conſiderarent, cauſam haberent inquirendi, percontandi, veſtigandique eius occaſionem; quò certiùs ita perennaret liberatæ Hieroſolymæ fama. At in ſcuto Francico, ſecundùm Heraldicas leges, cyanus auro ſubſtratus eſt, color metallo, abſque vllâ percontandi cauſâ. Quòd addunt Sanmarthani, *Lilia aurea in ſolo cyaneo ſignificare liliatorum Regum ſupra Reges alios prærogatiuam*, id momento deſtitutum eſt. Idem enim poſſet affirmari de Suecis, qui coronas tres aureas geſtant in ſcuto cæruleo: nec non & de Auſtriacis, qui præferunt quinas aquilulas, vel alaudas aureas in ſolo cyaneo. Aberrant etiam gemelli fratres, vbi dicunt, *cæruleum colorem alijs eſſe luculentiorem:* quandoquidem ruber, ſeu coccineus, Fæcialium iudicio, princeps ſit ſcutariorum colorum. Scutaria arbor dicta, *le Crequier de Nobleſſe*, (cuius auctor eſt antiquus Imperij Fæcialis, *Hungaria* cognominatus) ſeptem conſtat ramis: In primo ſcutum eſt aureum, *d'or:* in ſecundo argenteum, *d'argent:* in tertio rubeum, *de gueulles:* in quarto cæruleum, *d'azur*; in quinto nigrum, *de ſable:* in ſexto praſinum, *de ſinople:* in ſeptimo ianthinum, ſeu violaceum obſcurius, *de pourpre*. Ruber color primo etiam loco ponitur à Barâ, Schoyero, Gelioto, Petraſanctâ, & Vulſonio; Cyaneus autem ſecundo; quem Gilbertus Varennius ad quartum reiicit locum, & rubeo, praſino, pulloque poſtponit.

Iam accedamus ad cæleſte Lilium, eiuſque comparationem cum Francico ineamus. *Iris vulgaris cærulea*, inquit Ioannes Bauhinus, *folia habet vnciam lata, aut latiora,* (Lib. 19. cap. 16.)

rigida,



rigida, ſtriata, in CVLTRATVM *mucronem, aut* GLADII *exeuntia.* FLORES *amœni, violacei, tribuſ folijs* REPANDIS, *per oras infimas albo violaceoq́ variegatis; totidem* SVRRECTIS, *obtuſis mucronibus, & ferè rotundis, carinatâ inclinatione coëuntibus.* Valerius Cordus: *Folia ſuperiùs alæ modo in latitudinem explicata, & in* MVCRONEM, GLADII *figurâ, deſinen-*

ſinentia. Floris *folia tria inferiora deorſum incuruata de-ſcendunt : ſuperiora item tria ſurſum verſus reflexa iunguntur.* Hieronymus Tragus: *Tria floris præcipua folia verſus terram inflectuntur : his contraria tria alia in altum globi inſtar coacta ſeſe attollunt.*

Lobellius & Pena. Nomina autem eius plantæ Græca ſunt; ἶρις, ἱερὰ, οὐρανία, θαυμαςὸς; *iris, ſacra, cæleſtis, admirabilis.* Ob colorum in flore cæleſtis iridis æmulam varietatem, príſca gens *Iridem* vocauit: vulgus herbariorum *Lilium cæleſte*, propter lilij ſimilitudinem, & colorum in floribus diuerſitatem. Et verè antiquus Auctor Græcus *Iridem* vocat κρινώδη, id eſt *lilialem.* Iris etiam dicitur *gladiolus*, id eſt *enſiculus*, ξίφιον, ξιφίδιον, propterea quòd folia habet mucronatæ gladij lamellæ figuram referentia. Vnde Burgundionibus noſtris Lib. 21. cap. 17. dicitur *Glais*, Francis *Glaïeul.* Plinius: *Cetera eiuſdem generis folio differunt : Aſphodelus oblongum & anguſtum habet; Scilla latum & tractabile;* Gladiolvs simile nomini. Herbariorum ſcelera, quæ Plinius idem recenſet, illas Iridis nomenclationes perantiquas eſſe inſinuant. Sic enim Lib. cit. cap. 7. ille de Illyricâ: *Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut* arcvs cælestis, *vnde & nomen. Non improbatur & Piſidica. Effoſſuri, tribus antè menſibus mulsâ aquâ circumfusâ, hoc veluti placamento terræ blandiuntur, circumſcripta* mvcrone gladii *orbe triplici : & cùm legerunt eam, protinus* in cælvm *attollunt.* Illic habes cæleſtem arcum, plantæque in cælum eleuationem; præterea gladij mucronem, cuius ſpecie Iridis folia formata ſunt.

Sed pergamus: Species Iridis ſunt plures colore floris differentes, cæruleo, luteo, & albo. Iris ſylueſtris lutea Caſtori dicitur *Gladiolus luteis lilijs:* Fuchſio, *Gladiolus luteus:* Lib. 3. pag. 108. Geſnero, *Lilium aquaticum flore luteo.* Nicolaus autem Vptonus ante annos ducentos ſcutum Francicum ſic deſcripſit: *Scutum cum campo azorio, & tribus* floribvs gladioli, *coloris*

coloris aurei. Et locis aliis: TRES FLORES GLADIOLI *de auro, in campo azorio.* Gallicè, *Il porte d'azur, à trois* FLEVRS DE LYS *d'or.* Ioannes Franeau Duacenſis in Horto hiemali: *Aucuns content* LE GLAIEVL *pareillement au nombre des* LIS; *& de fait les peintres, & autres artiſans, voulans repreſenter en leur art* LES FLEVRS DE LIS, *ils repreſentent pluſtoſt les fleurs des* GLAIEVLX. Goropius Becanus Iridem deſcribens ac pingens, ait: *Quis hic non videt* TRIA FOLIA *depicta, duo vtrimque ad latus declinantia, vnum ſurſum elatum?* Tum alibi diffuſiùs: *Miranda eſt hic ternarij vis, non in arcu modò triplici colorum diſcrimine oculis ſubiecta; ſed in* IRIDIS *quoque* FLORE *multis modis obſeruata. Præter enim tres diuerſos colores, quibus cæleſti arcui reſpondet, ac meritò nomen ab ipſo ſibi ſumit; in folijs quoque, tum in medio ſtantibus, tum in declinantibus, tum in medio horum latentibus,* TRIADEM *ſeruat; nec eam negligit in malleolis, ſiue linguis inter folia mirâ elegantiâ aſſurgentibus. Adde quòd & calycem triquetrum proferat, & trino hiatu ſemina ſiue baccas inde excludat; adeò vt nihil ſit in rerum naturâ, quod tam accuratam ternarij rationem in omnibus ſequatur.*

Lib.4. p.155. & 210.
Pag.66.
Lib.4. Francic.

Eâdem mente Nangiacus in geſtis S. Ludouici Regis: *Conſueuerunt Reges in ſuis* ARMIS *& vexillis florem* LILII *depictum cum* TRIBVS FOLIIS, *comportare.* Ioannes quoque Chenutus, in Pompâ introitus Caroli VII. Regis in Pariſiorum vrbem: *Le Roy ayant paſſé la porte ſaint Denys, vint au Ponceau, où d'vn artifice eſtoit vne fontaine, & ſur icelle vn pot couuert d'*VNE FLEVR DE LYS; *laquelle du haut de* SES TROIS FEÜILLES *iettoit hypocras, vin, & eau en abondance.* Quocircà Goropius alio loco: *Ipſa* FRANCORVM LILIA *clariſſimè demonſtrant, nihil ſeſe habere cum Suſinis Perſarum floribus commune, nihilq; aliud quàm* IRIDEM *referre.* Mox aſſeueranter: *Lilium cæleſte* IRIS *eſt,* LILIVM *Francis.*

Gothofretus tom.1. Cæremon. pag.655. an.1437.

Ab Vptoni & Goropij ſententiâ Fauchetus non eſt alienus, vbi ait: *Veroſimile eſt, Francici ſcuti delineatores indicare voluiſſe primam Francorum originem à Sicambris, qui Friſicas paludes incolebant, Hollandiam verſus, Zelandiam & Geldriam; quam ob cauſam Regibus noſtris* PAVILLEÆ FLOREM *(paruum* LILIVM *eſt, flaui coloris, floretq; Maio menſe & Iunio) in campo cæruleo imitante aquam; quæ vbi quieſcit, cæli colorem acquirit.* Subiungo, Familias nobiles in Hiſpaniâ & Italiâ in ſcuto metallico præferre Irides cæruleas, Lilij appellatione, & Francici figurâ. *Los del appellido de* BARCO *traen en eſcudo de oro la cruz roxa, y quatro* LIRIOS AZVLES. *Los de* CORNADO *traen armas, que ſon en campo roxo, vn Leon de oro coronado de oro; y por orla, ocho* LIRIOS AZVLES, *en campo de oro. Los de* ARZE, *traen cinco* LIRIOS AZVLES *retocados de oro, en campo de plata. Los de la familia* NEGRA *de Genoüa, traen en campo de plata, tres* LIRIOS AZVLES.

Argote lib. 1. c. 48. lib. 2. c. 61. 100. & 121

Addo hîc ad finem, Iridem, ſeu cæleſte Lilium, à Francis non tantùm appellari *Glaieul*, ſed etiam *Flambe*: vnde vexillum regium, floribus aureis inſigne, dictum eſt LI-FLAMBE, & ORIFLAMBE; ipſumque Lilium Francicum, FLAMBE. Georgius Caſtellanus, Philippi Boni Ducis Burgundiæ Indiciarius, in primo Carmine ad eumdem Ducem, quem vocabat *Magnum Leonem:*

Vide ſuprà c. 5. fab. 2. & 6. Item c. 13. num. 3.

Ex Autographo meo.

LYON BANDÉ *de riche Lioiſon,*
D'OR & D'AZVR, *qui de* LIS REFLAMBOYE,
Non en clarté, ne en gloire foiſon,
Mais en ſplendeur d'extreme luyſon,
Dont l'oeil s'eſtaint, qui regard y employe:
TYMBRÉ *au front d'excellente* MONIOYE,
Du noble cry, dont le haut ciel reſonne
Ici entens à moy, qui t'arraiſonne.

In altero ad eumdem Principem:

TRONE AZVRÉ, *merueilleuſe lumiere,*

REFLAM-

Reflamboyant, de mainte FLEVR DOREE,
Noble maiſon Franchoiſe, couſtumiere
De tout honneur, ſource de Foy premiere.

In tertio, quod eſt de amatore impensè ſtudioſo:

Dames grand nombre, & Damoiſelles,
Auoyent liens à chois de ioye,
Et ſi auoyent des biens en elles,
Autant, ou plus que d'eſtincelles
En ardant FLAMBE, *qui* FLAMBOYE:
Dont vne, qui a nom MONIOYE,
Et PASSEFLEVR *eſtoit de toutes,*
Choiſy par entremy ſes routes.

Loquebatur Caſtellanus de Torque Velleris aurei, quo Ducis pectus cingebatur: item de Liliis, quæ ſupra galeam geſtabat, & in militari ſcuto.

Sic ergo concludamus ex adductis monumentis. Nicolaus Vptonus, qui anno M.CCCC.XXVIII. in Galliâ cum Anglis verſabatur, ſymbolicam Francorum parmam ſic deſcripſit: *Scutum cum campo azorio, & tribus* FLORIBVS GLADIOLI, *coloris aurei.* Ioannes de Bado aureo, qui ſcribebat anno M.CCCC.LXXX. iiſdem vſus eſt verbis. Lib.3. pag.108. an.1428. 1480.

Chronicon MS. in membranis meum, quod deſinit anno M.CCCC.XXX. poſtquam deſcripſit fabuloſam buſonum mutationem in aurea Lilia, de Clodoueo Rege ait: *Lors le Roy, qui auoit ia ferme creance, fit prendre ſa* LIFLAMBE, *qui eſt la baniere, où les armes furent muées, & icelle fit mettre deuant ſoy.* 1430.

Georgius Caſtellanus, qui florebat ætate Philippi Boni Ducis, obiitque anno M.CCCC.LXXIV. die XX. Martij, LILIVM, eiuſdem Ducis ſymbolum, vocat FLAMBE; nec non & REFLAMBOYANT *de mainte* FLEVR DOREE. An.1474.

Apud Gallos, *Glaieul*, & *Flambe*, eadem ſunt, vt iam monui, Iridemque ſignificant, ſeu Lilium cæleſte. Iris etiam

iam aquatica, cuius flos luteus eſt, Brabantis noſtris dicitur **Lisbloeme**/ quod eſt Gallicè, *Fleur de Lys.* Vnde manifeſtò patet, ſæculo illo decimo quinto, hoc eſt, annis abhinc ducentis, Lilia Francica paſſim habita fuiſſe pro floribus Iridis, ſeu gladioli, & Lilij cæleſtis; qui cùm colore varij ſint, cæruleo, luteo & albo, aureum ſibi delegerit Rex Ludouicus Florus.

CAPVT XIX.

LILIA AGRI *ſacrarum Paginarum Legi Salicæ à Francis perperàm applicata: vti & Liliatæ Regum teſſeræ titulus Pſalmi* XLIV. *inſcriptus* PRO LILIIS.

Pag. 138. HENRICVS Spelmannus in Aſpilogiâ: *Galli per* LILIA *Nobilitatem, & virilem ſexum intelligunt è verbis Domini noſtri, vbi dicuntur neque laborare neque nere. Laborare, aiunt, ignobilium eſt; nere, feminarum: proinde ipſa Regni* INSIGNIA, LEGEM SALICAM *præ ſe ferre de Regni ſucceſſione contendunt; vtpote nec ad ignobiles, nec ad feminas tranſigendam.* Ineptæ huius applicationis Auctor eſt Petrus Gregorius Toloſas, cuius hæc ſunt verba: *Placuit & in Franciâ, ſeu Galliâ, aut Franco-Galliâ, ex* LEGE SALICA, *hæc eſt, quæ erat ſeruata inter Salios, vnde nomen habet, ne terra Imperij, ſicut nec terra Saliorum, à lanceâ tranſiret in colum. Pro quo & facit illud, quod protulit Chriſtus:* CONSIDERATE LILIA AGRI, *quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Quibus modis, quo tempore Philippus Valeſius Regnum adeptus eſt, ferunt contra impugnantes Legem Salicam concluſum,* LILIA GALLORVM *non deberi niſi Nobilibus, qui non laborant; non niſi Maribus, qui non nent.*

Gregorium alij poſteà gloriabundè ac ſtolidè ſecuti: Daniel Priezacus in Vindiciis Gallicis ad Armacanum: Cap. 16. *Cùm* LILIA *ex diuinæ Sapientiæ oraculo neque nere, neque filum torquere*

quere didicerint; *quid moleſtè fers*, *ſi lana & colus à* LILIATIS INSIGNIBVS *alieniſſima ſint, nec vmquam ab haſtâ in fuſum Regni Gallici hereditas demigret.* Marcus Vulſonius in Scientiâ Heroicâ: *Dieu a declaré dans ſon Euangile, comme par prophetie de la* LOY SALIQVE, *que les Lys neque laborant, neque nent : c'eſt à dire, que la Couronne des* FLEVRS DE LYS *ne file point, & ne peut tomber de lance en quenoüille, & que* LES LYS *ne peuuent eſtre cueillis d'vne main eſtrangere.* Iacobus Alexander Tenneurius: *Conſtat* LILIO *puritatem deſignari, ideoq; in ſanctarum Virginum manibus* LILIVM *appingi ſolitum : Regni etiam maſculinitatem; quòd ſcilicet, apud Matthæum,* LILIA *non nere (quod mulierum proprium eſt) dicantur.* Sanmarthani fratres ad eadem Euangelij verba: *Illud videtur pro Franciâ fuiſſe dictum, quæ eſt* LILIORVM REGNVM *(cuius myſtica ſymbola ſunt* LILIA*) quia florens illa ditio de lanceâ non cadit in colum, vt vulgò dicitur; & quia antiquæ* LEGIS SALICÆ *ſtatuto ſoli mares ſceptri ſunt capaces, non autem feminæ.* Hæc autem ſunt ipſiſſima Chriſti Domini verba ad diſcipulos, apud Matthæum: *Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate* LILIA AGRI *quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloriâ ſuâ coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem* FOENVM AGRI, *quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei?* Apud Lucam eodem ſenſu: *Conſiderate* LILIA *quomodo creſcunt: non laborant, neque nent : dico autem vobis, nec Salomon in omni gloriâ ſuâ veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis. Si autem* FOENVM, *quod hodie eſt* IN AGRO, *& cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos puſillæ fidei?*

Pag. 222. — Pag. 364. & 224. — Lib. 1. c. 12 — Cap. 6. num. 28. — Cap. 12. num. 27.

Conſiderate LILIA AGRI, hoc eſt, inſpicite FLORES AGRESTES: illi hodie vigent; cras ſecti, & exſiccati fœnum fiunt, clibaniſque calefaciendis præbent vſum. Illos ſponte naſcentes plantarum partus formâ variâ induit

Deus, diuerſiſque coloribus pingit, vt illis veſtiendis ac ornandis non ſit opus lina pectere, & fila nere; *quod viris etiam decorum eſt. Naſcitur enim ars illa, non diſcitur.* Salomon tamen, Regum ditiſſimus, non eſt ornatus ſicut vnus ex illis, qui texturâ inimitabili omnem humani ingenij induſtriam ſuperat. Tertullianus: *Subſtantia propria, certè præcipua coronarum, ſunt* FLORES AGRI. Ioannes Sareſberienſis, Epiſcopus Carnotenſis, ad Dominum Morinenſem: *Diſperſi ſumus, vt exules in Regno Francorum: ſed vbique nobis adeſt qui paſcit volatilia cæli, &* LILIA *veſtit* AGRORVM.

Plinius l. 19. c. 1. Seneca Epiſt. 121. De Coron. militis c. 5. Epiſt. 4.

At quid hæc, obſecro, ad arte picta Francorum Lilia? quid ad Regnum, quod ſæculis pluſquam ſenis Reges habuit, & Lilia non agnouit? Quid ad Legem Salicam, *Quæ ius ciuile Francorum erat*, inquit Maſſonus, *cuius capita nullam de Regno, vel Regni ſucceſſione mentionem faciunt?* Nihilominùs Guilielmus Benedicti aliàs ſic nugatus eſt: *Regnum Franciæ ita eſt clarum & nobile, quòd in eo numquam femina, ſicut nec in Regno Iſraël, ſucceſſit: quaſi* AMBO *illa* REGNA *fuerint* CÆLITVS *inſtituta.* Eâdem audaciâ hodierni belli præcentor Caſſanus, *Salicam legem* dixit *eſſe vocem eloquentem Veritatis, ſeu potiùs* DEI: ac ſi cælitus acceptam, vt olim à Ioue leges Minoïs, de quo Valerius Maximus: *In quoddam prealtum, & vetuſtæ religionis conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat; & in eo moratus, tamquam à Ioue, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi* LEGES *prærogabat.* In ſummâ, Franci Lilia ſua è cælo deducunt, vt iam oſtendi: Legem Salicam ſimiliter cæleſtem faciunt atque diuinam. Vnde palàm innoteſcit, legem illam inter & Lilia, nullam eſſe ſimilitudinem, præterquam ex fabuloſitate.

Lib. 1. Annal. Sect. 2. num. 79. Lib. 2. c. 2. Lib. 1. c. 2. Suprà c. 5.

Iam verò de vnctione Regum Daniel Priezacus: *Manet inconcuſſum Regij Vatis oraculum, quo ille cæleſtis Sponſi ſanctiſſimam inunctionem prophetico proſpiciens oculo, illam etiam longè pòſt futuram, quâ* REGES GALLORVM *inter Regni auſpicia*

Cap. 2.

auſpicia imbuuntur, viſus eſt adumbraſſe: Dilexiſti iuſtitiam, & Pſalm. 44.
odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo
lætitiæ præ conſortibus tuis. *Nec abludit, quòd Pſalmus, vnde ſacer hic delibatur profatus,* PRO LILIIS *habetur inſcriptus.*
Sanmarthani fratres: *Pſalme qui ſemble eſtre encore myſterieux à l'eſgard des Roys de France, & de leur maiſon illuſtre.* Lib. 1. c. 9.

Verum id quidem, titulum Pſalmi Dauidis XLIV. inſcribi עַל־שֹׁשַׁנִּים, & vulgo exponi, *Pro ijs qui commutabuntur*, à radice שָׁנָה *mutare, commutare:* tum etiam, *Pro Lilijs*, à radice שׁוּשַׁן: quo ſenſu D. Baſilius: *Videtur mihi quidem interpres probè & ſagaciter eamdem ſententiam per aliam appellationem expreſſiſſe:* PRO HIS QVI IMMVTABVNTVR, *reddens ipſe*, PRO LILIIS: *citò prætereuntes* FLORES *humanæ naturæ fragilitati meritò comparandos ducens.* In Pſal. 44
Iſaias Propheta: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi* FLOS AGRI. *Exiccatum eſt fœnum, & cecidit* FLOS. Cap. 40.

Quid hæc iterùm, amabo, ad Regni Francici decora? Quid ad Inſignia Regum? Niſi fortè Regius Vates, non Meſſiæ, non Sponſæ eius Eccleſiæ epithalamium fuderit; ſed à filiis Core LILIA FRANCICA decantari voluerit: quod quàm ridiculum ſit, nemo non videt.

CAPVT

CAPVT XX. ET VLTIMVM.

Apes, regia ſunt animalcula: Childericianas iniquo animo Triſtanus contemnit. Alij eius errores ſupini, & ineptiſſimæ cenſuræ.

Pag.19. 29. QVI priùs *Liliorum hoſtem maximum*; nunc *Apum amiciſſimum* me vocat Triſtanus. Amore dignæ ſunt paruæ volucres, quas ſtudioſis imitandas proponit Seneca: *Apes*, inquit, *debemus imitari,* Epiſt.84. *quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde quidquid attulêre diſponunt, ac per fauos digerunt.* Vndè Lib.3. Lucretius, qui auia peragrabat loca:

Floriferis vt APES *in ſaltibus omnia libant;*
Omnia nos itidem depaſcimur AVREA DICTA;
Aurea perpetuâ ſemper digniſſima vitâ.

D. Baſilius, in Commentario de legendis libris Ethnicorum: *Velut* FLORVM *hominibus quidem vſque ad odorem & colorem eſt vſus*; APES *autem ex ipſis mel excipere nouerunt: ſic etiam hi qui diligentes in legendo ſunt, non ſolum quod dulce iucundumq́; fuerit in eorum libris perſequuntur, ſed quamdam ex illis vtilitatem in animum reponere ſtudent.*

Amore prætereà ſingulari in Regem ſuum, Apes documento ſunt ciuibus bonis, dantq́ue populis & vrbibus exemplum ſeruandi amandiq́ue Reges. Doctrina eſt, primò Lib.9. Hiſtor. animal.c.40. Philoſophorum Principis: *Reges apum numquam prodeunt foras, vel vt paſcantur, vel aliâ causâ, niſi vniuersâ cum plebe. Et ſi, cùm pergunt, rex ipſe fortè aberrarit, omnes inquirere, odoratuq́; ſagaci perſequi, donec inueniant, accepimus. Geſtari etiam eum à plebe, cùm volare non poteſt. Et ſi* Lib.1. de Clem. cap.19. *perierit, omnes diſcedere.* Secundò, Senecæ: *Natura commenta eſt* REGEM; *quod & ex alijs animalibus licet cognoſcere, & ex* APIBVS, *quarum* REGI *ampliſſimum cubile eſt, medioq́; ac tutiſſimo loco. Prætereà onere vacat, exactor alienorum operum:*

rum: & AMISSO REGE, totum dilabitur EXAMEN: nec vmquam plus vnum patiuntur, melioremq́, pugnâ quærunt. Præterea inſignis REGIS forma eſt, diſsimiliſq́, ceteris tum magnitudine, tum nitore; hoc enim maximè diſtinguitur. Iracundiſsimæ, ac pro corporis captu pugnaciſsimæ ſunt APES, & aculeos in vulnere relinquunt. REX ipſe. ſine aculeo eſt: noluit illum natura nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtaturam petere; telumq́, detraxit, & iram eius inermem reliquit: EXEMPLAR HOC MAGNIS REGIBVS INGENS EST. Tertiò, Plinij, qui de apibus, quæ ſine rege eſſe non poſſunt, ſic loquitur: *Mira plebi circa REGEM obedientia. Cùm procedit, vnà eſt totum EXAMEN, circaq́, eum conglobatur, cingit, PROTEGIT, cerni non patitur. Reliquo tempore, cùm populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit, ſimilis exhortanti, ſolus immunis. Circa eum ſatellites quidam, lictoreſq́, aſsidui cuſtodes auctoritatis.* Tum capite ſequenti: *Rege peſte conſumpto, mæret plebs ignauo dolore: non cibos conuehit, non procedit; triſti tantùm murmure glomeratur circa corpus eius: ſubtrahitur itaque deducta multitudini: aliàs ſpectantes exanimem, luctum non minuunt.* Quartò denique, Virgilij, qui ſic de Apibus: Lib.11. cap.17.18

Præterea REGEM *non ſic Ægyptus, & ingens* Lib.4. Georg.
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes,
Obſeruant: REGE *incolumi mens omnibus vna eſt:*
Amiſſo, rupêre fidem; conſtructaq́, mella
Diripuêre ipſa, & crates ſoluêre fauorum.
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq́, frequentes:
Et ſæpè attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq́, petunt per vulnera mortem.
His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Eſſe APIBVS *partem diuinæ mentis, & hauſtus*
Ætherios, dixêre.

Vide Anaſtaſim p.202.226 236. Tornaci in ſepulchro Childerici I. Regis repertæ ſunt aureæ apes plurimæ; regalis item gladij capulus, & ornamenta vaginæ; balthei regij fibulæ; equi phaleræ, claui, bullæ, vmbilici, omnia aurea, in quibus apum faui, cellæ, thalami, craticulis ſubtiliter cernuntur reticulati: vt velut analogiâ quâdam oſtendere voluerit Rex Childericus, ſe populis ſibi ſubditis præeſſe velle eodem modo, quo rex apum ſuis populis; ac viciſſim Francos ipſi debere fidos eſſe, eâdem ratione, quâ regi ſuo ſunt apiculæ.

Doctus APVM *& ſtudia & mores & iura reuoluat,*
Qui benè vult populis dicere iura ſuis.

Pag.348. Marcus Vulſonius: *Les abeilles ſont le ſymbole de l'obeiſſance, que les peuples ſont obligez de rendre à leur Roy.* Lupanus

Pag.265. Geliotus: *La republique des abeilles a ſerui de patron au gouuernement de tant d'Empires & de Royaumes; & la clemence dont nos Roys ont ſi ſouuent vſé enuers nous, n'eſt qu'vn effect de la leçon, qu'ils auoyent appriſe du Prince de ce petit peuple.* Childericianas tamen apes, iniquo in Regiam Maieſtatem

Pag.51. 62.70. animo, Triſtanus vocat *paruas & infelices muſcas, inuerecundas, ridiculas, & putrefacti bouis moleſtam progeniem.* Cùm

Plutarchus. Spartanus quidam inſigne clypei MVSCAM haberet, viuâ nihilo maiorem, atque irrideretur ab aliis, quaſi ex ignauiâ & metu id faceret, ne hoſti conſpicuus eſſet: *Imò,* inquit, *vt agnoſcar: vſque enim eò accedo, vt cernere cominùs poßint ſigni*

Varro R.R. lib 2 cap.5. *mei modum.* Boues agricolæ, miniſtri Cereris, humanique laboris ſocij, tanto in pretio apud Veteres erant, vt abſtineretur ab iis cædendis: vnde, vbi conſulebatur reparandas eſſe apes cæſis tribus iuuencis, reſpondit apud Columellam

Lib.9.c.4. Celſus, *Non iſtud debere fieri tanto interitu.*

At non in Reges ſolùm Ethnicos ac vetuſtiores Triſtanus eſt contumelioſus; ſed in Chriſtianos quoque, quos tulit ætas noſtra, & nos etiam adoleſcentes ſuſpeximus. Promo eorum numiſmata quatuor ex Franciâ metallicâ Iacobi

Biæi,

Biæi, editâ Pariſiis anno M.DC.XXXVI. Primum eſt Ludouici XII. Secundum & tertium Henrici III. Quartum Henrici IV. Regum.

1.



2.



3.



4.



Symbola Regum vel Regia ſunt, vel perſonalia: Pierius Valerianus de Rege: *Meritò Regem, qui populos vnanimi beneuolentiâ ſibi deuinxerit, oſtendere qui vellent*, EXAMEN APVM *proponere conſuèrunt*. Idem de Populo: *Populum Ægyptij ſacerdotes obſequentiſſimum Regi ſuo ſignificare ſi vellent*, APEM *faciebant, illam vtique* BREVEM, *variam, & in rotunditatem compactilem; quia* SOLA *ex animalibus regem more hominum habet, quem vniuerſum* APVM AGMEN *conſectatur, æquè atque homines Regi obtemperantes.* Apum ergo examen pro teſſerâ non vſurpauit Childericus I. Rex, vt Childericus, ſed vt Rex erga populum ſuum clemens ac manſuetus. Eodemque vſi ſunt emblemate tres illi Capetini Reges, Lib. 26. cap. 1. 2.

Anaſt. pag. 329. vt ſe bonos ac benignos rectores profiterentur. An verò ad apes Childericianas reſpexerint, aſſerere non ſum auſus; cùm ſæculis pluſquam denis Childerico recentiores eſſent.

Pag. 179. Dixi prætereà, *Philippum Auguſtum Regem Lilia pro typo ſcutario primùm vſurpaſſe*: ſed poſteà detexi, florum illorum auctorem fuiſſe LVDOVICVM FLORVM, eius parentem. Hoc certum eſt (quidquid obganniat Triſtanus) picta olim à Francis Lilia ab apibus non multùm abludentia; vt Pag. 172. oſtendi ex nummis antiquis Epheſiorũ atque Delphorum.

Amphiſbæna argentea, in ſepulchro Childerici II. Regis reperta eſt nuper hac figurâ:



At non erat illa Regis eius Symbolum, vt Triſtano placet, ſed amuletum. *Erat enim leuis nimis, omniaq; nimiùm* Aimoïnus l. 4. c. 44. *incautè peragebat, donec inde* ODIVM MAXIMVM *& ſcandalum exciuit, Francos valdè opprimens.* Quocircà Belleforeſtius Lib. 1. c. 40 illum vocat *crudelem tyrannum*; Dupleix verò *brutum ingenio Regem, & Francis odioſum, quorũ furorem actione merè* TYRANNICA *prouocarat.* Tutiſſima Principis cuſtodia eſt innocentia.

Claudian. 4. Hon.

Qui terret, plus ipſe TIMET. *ſors iſta* TYRANNIS
Conuenit: inuideant claris, forteſq; trucident;
Muniti gladijs viuant, ſeptiq; VENENIS
Ancipites habeant arces, TREPIDI*q; minentur.*

Quia Francorum tyrannus erat iſte Childericus, perpetuo mortis metu angebatur; adeoque amuletum venenati ſerpentis figurâ geſtabat in formâ S, quæ Salutis littera eſt initialis: *Geminum caput* AMPHISBÆNÆ, inquit Plinius, *hoc eſt,* Lib. 8. c. 23 *ad caput & ad caudam, tamquam parum eſſet vno ore fundi venenum.* Alio item loco: *Veneni monſtrifica prorſus eſt natura, præterquam contra venena.* Lib. 24. cap. 17.

Occa-

Occaſione autem huius Childerici II. Regis, Triſtanus erroris me inſimulat, quòd ſcripſerim, *cæſorum corpora* [Regis & Reginæ] *S. Audoënum ſepeliuiſſe Rothomagi in Baſilicâ S. Petri.* Auctorem habeo Frigerodum, qui in Vitâ ſancti Audoëni id clarè cantat: atque etiam Albericum, qui Sigeberti verbis iſthæc ſubiungit: *Quos beatus Audoënus apud Rothomagum ſepeliuit.* Quando ad S. Germani templum illius Childerici oſſa tranſlata fuerint, mihi non liquet. Scripſit certè Continuator Aimoïni, *obijſſe anno* M.XIV. *Morardum Abbatem, qui Eccleſiam B. Germani à paganis ter incenſam, euertens à fundamentis, nouam readificauit.* Pag.72. Cap.32. An.679. Lib.5. cap.46. an.1014.

Triſtanus, ad extremum ineptus & importunus cenſor, in hunc modum loquitur: *Ludouicus XII. pro teſſerâ peculiari Hiſtricem ſumpſit cum his vocibus,* COMINVS ET EMINVS; *vt palàm ſignificaret, ad aggreſſionem & defenſionem antè & retrò* [DEVANT ET DERRIERE] *ſe paratum ſemper eſſe.* Quâ vocularum Gallicâ verſione oſtendit Triſtanus, ſe ſcopis linguæ Latinæ indigere: COMINVS enim ſignificat, *à propinquo loco:* EMINVS, *à longinquo.* Geſta Ludouici VII. Regis: *Tunc cœperunt Turci noſtros acriter inuadere, & primò ſagittis* EMINVS *infeſtare; & poſteà* COMINVS *accedentes, clauis & mucronibus expugnare. In magnâ anguſtiâ erant noſtri.* Sic Latinè loquebantur Franci ſæculo duodecimo: & in hodiernâ luce litterarum Triſtanus verbula duo Latina non intellexit. Intelligat ipſe ſaltem iſthæc aurea Plinij verba: *Argumenta indicantium ſæpè fallunt: omnium rerum ſunt quædam in alio* SECRETA, *& ſuo cuiq; corde perſpiciendâ. Mutantur ſæpè iudicata quoq;, ac diu comperta.* Pag.71. Cap.12. Lib.17.c.4

F I N I S.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM.

PROLOGIVM.

De cauſâ huius Scriptionis contra Ioannem Triſtanum Sanctamantium. pag.1.

CAP.I. Symbolum naſcentis Spei, apud Romanos, erat virens herba tritici, iuxta doctrinam Antonij Auguſtini, Tarraconenſis Archiepiſcopi. 6

CAP.II. *Antiqua numiſmata cum typo Spei quæ Antonij Auguſtini ſententiam confirmant, explicata.* 11

CAP.III. *Spica tritici, teſſera erat adultæ Spei: tranſlata ad Principum ſperatam bonæ indolis iuuentutem.* 16

CAP.IV. *Flos Lilij non eſt vetus Galliæ ſymbolum; non geſtamen Deæ Spei; ſed humanæ fragilitatis, & breuioris vitæ teſſera. Triſtanus veteris monetæ audens corruptor.* 21

CAP.V. *De cæleſti origine, & antiquitate Liliorum Francicorum, fabuloſæ narrationes exploſæ.* 30

CAP.VI. *Symbola ſcutaria Virorum nobilium, certa non fuerunt in familijs, nec hereditaria, ante ſæculum vndecimum vel duodecimum.* 42

CAP.VII. *Exempla & auctoritates de ſcutis Regum, Principum, Ducum, & Comitum præcipuæ dignationis; ac denique Nobilium familiarum.* 47

CAP.VIII. *Apud Reges Francorum ſcuta liliata in vſu non fuerunt, niſi poſt Ludouicum Sextum, duodecimi ſæculi incipientis Regem.* 54

CAP.IX. *Ludouicus Septimus Rex, qui Florus etiam appellabatur, Flores pro teſſerâ primus aſſumpſit, annis abhinc circiter quingentis.* 59

CAP.X. *Sub Philippo Auguſto Rege Francia Lilijs floruit. Exinde Reges Lilia dicti; & Franci, Liliati. Incertus diu fuit Liliorum numerus.* 67

CAP.XI. *Liliorum in Regiam domum Burgundicam, & inde in Auſtriacam Auguſtam tranſitus. Ordines Militares vltimorum è ſtirpe Francicâ Burgundiæ Ducum.* 77

CAP.XII. *De Lilijs à Triſtano temerè aſſignatis primæ & ſecundæ ſtirpis Francorum Regibus: & primò quidem in coronis & ſceptris. Item de Rhombo Liliato.* 84

CAP.XIII. *Regia Francorum vexilla, Lilijs conſpicua non fuerunt ante ſæculum duodecimum vel decimum tertium.* 90

CAP.XIV.

ELENCHVS CAPITVM.

CAP. XIV. *Carolus Magnus, Rex Francorum, & Imperator, numquam fuit liliatus. Triſtani inſcitia multiplex.* 95

CAP. XV. *De ſepulchris Regum Liliatis obiectiones Triſtani, plenæ ignorationis & ſtuporis.* 100

CAP. XVI. *De antiquitate Regiorum tumulorum cum iacentibus ſtatuis, iudicium Nicolai Peireskij, luculentis teſtimonijs confirmatum.* 108

CAP. XVII. *Lilium hortenſe candidum deſcribitur & illuſtratur. Triſtanus Botanices minimè gnarus, ſibi contrarius eſt, & blaſphemus.* 116

CAP. XVIII. *Lilium Francicum cum hortenſi comparatum; non huius, ſed Lilij cæleſtis ſpecie figuratum. Ars Heraldica à Triſtano non intellecta.* 123

CAP. XIX. *Lilia agri ſacrarum Paginarum Legi Salicæ à Francis perperàm applicata: vti & liliatæ Regum teſſeræ titulus Pſalmi* XLIV. *inſcriptus pro Lilijs.* 132

CAP. XX. ET VLTIMVM. *Apes, regia ſunt animalcula: Childericianas iniquo animo Triſtanus contemnit. Alij eius errores ſupini, & ineptiſſimæ cenſuræ.* 136

FINIS.